27. La crainte du Seigneur prolonge les jours; et les années des méchants seront abrégées.
28. L'attente des justes, c'est la joie; mais l'espérance des méchants périra;
29. La voie du Seigneur est la force du simple; mais ceux qui font le mal sont dans l'effroi.
30. Le juste ne sera jamais ébranlé : mais les méchants n'habiteront point sur la terre;

31. La bouche du juste enfantera la sagesse : la langue des *hommes* corrompus périra.
32. Les lèvres du juste considèrent ce qui peut plaire *à Dieu et aux hommes;* et la bouche des méchants se répand en paroles malignes.

27. Timor Domini apponet dies; et anni impiorum breviabuntur.
28. Expectatio justorum lætitia; spes autem impiorum peribit.
29. Fortitudo simplicis via Domini; et pavor his qui operantur malum.
30. Justus in æternum non commovebitur; impii autem non habitabunt super terram.
31. Os justi parturiet sapientiam; lingua pravorum peribit.
32. Labia justi considerant placita; et os impiorum perversa.

CHAPITRE XI.

Des avantages de la vertu et des suites funestes du vice.

1. La balance trompeuse est en abomination devant le Seigneur; le poids juste est selon sa volonté.
2. Où sera l'orgueil, là sera aussi la confusion : mais où est l'humilité, là est pareillement la sagesse.
3. La simplicité des justes les conduira heureusement : les tromperies des méchants seront leur ruine.
4. Les richesses ne serviront de rien au jour de la vengeance; mais la justice délivrera de la mort.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum; et pondus æquum, voluntas ejus.
2. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi et sapientia.
3. Simplicitas justorum diriget eos; et supplantatio perversorum vastabit illos.
4. *a* Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit a morte. [a *Supr.* 10. 2.]

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Les vertus que Salomon recommande, sont la justice, l'humilité et la simplicité (1-4). Il montre l'inutilité des richesses comparativement à ces vertus (5-10), et fait ressortir les suites funestes de la fausse amitié. Il rappelle les avantages de la discrétion et des bons conseils, et le danger que l'on court en répondant pour autrui (11-16). Il fait enfin l'éloge de la femme modeste, de l'homme charitable qui fait l'aumône avec bonheur (16-28), et il oppose à ce caractère celui du dissipateur qui jette le trouble dans sa maison par des dépenses excessives.

27. *Apponet dies.* Diuturnam vitam conciliat. Quamvis longæ vitæ promissiones ad litteram maxime veteri fœderi terrenas promissiones continenti congruant, tamen a novo Testamento non abhorrent, *promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ.* I. ad Tim., 4. 8.

28. *Expectatio justorum lætitia.* Expectationem justorum lætitia sequitur, quia quod expectant et optant consequuntur.

29. *Fortitudo simplicis via Domini.* Hominis recti, integri et sinceri spes collocata est in lege Domini, quia per illius custodiam forti est animo et confidenti. — *Pavor his, qui operantur malum.* Propria illos terrente conscientia.

30. *Justus in æternum non commovebitur.* Sic Psal., 14, 5 : *Qui facit hæc, non movebitur in æternum :* nunquam felici statu excidet. Quod potissimum verum est postquam futuræ felicitatis possessionem adepti fuerint. — *Non habitabunt super terram.* Deo illos eradente de terra viventium.

31. *Parturiet.* Hebr., *germinabit,* vel *fructificabit.* — *Peribit.* Hebr., *excidetur.*

32. *Considerant placita.* Hebr., habet, *cogniscunt.* Labia justi proferre sciunt quæ placita sunt Deo. Eleganter LXX, χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀπεσχέτε χάριτας, *labia virorum justorum distillant gratias.* — *Perversa.* Scilicet loquitur.

Cap. XI. — 1. *Statera dolosa.* Alludit ad illud Deuter., 25. 13 : « Non habetis in sæculo » diversa pondera, majus et minus; nec erit in domo tua modius major et minor. Pondus ha- » bebis justum et verum, et modius æqualis et verus erit tibi; ut multo vivas tempore super » terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominantur enim Dominus Deus tuus eum » qui facit hæc, etc. » His consentanea habentur Levit., 19, 35. * In una specie omne genus injustitiæ vetatur, nam omnis injustitia est inæqualitas. — *Voluntas ejus* LXX, ϛάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ *pondus justum acceptum illi.*

2. *Ubi fuerit superbia.* In Hebr. est, *venit superbia, et venit ignominia, et cum humilibus sapientia.* Sensus ergo est, vel superbos ignominia et contumelia afficere, quia alios despiciunt; vel ipsos affici ignominia, quia superbi Deo et hominibus sunt execrabiles. — *Ubi... humilitas, ibi et sapientia.* Magna enim est sapientia altum non sapere, et seipsum et miserias suas nosse.

3. *Simplicitas.* Rectitudo, integritas et sincera agendi ratio. — *Diriget eos.* Deducet, ut in suis conatibus prosperum habeant successum. — *Supplantatio perversorum.* Impiorum perversitas, qua alios supplantare conantur. — *Vastabit illos.* Perdet eos, nam in caput ipsorum recidet.

4. *In die ultionis.* Punitionis Dei. — *Liberabit a morte.* Æternus.

5. Justitia simplicis diriget viam ejus; et in impietate sua corruet impius.
6. Justitia rectorum liberabit eos; et in insidiis suis capientur iniqui.
7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et expectatio sollicitorum peribit.
8. Justus de angustia liberatus est; et tradetur impius pro eo.
9. Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia.
10. In bonis justorum exultabit civitas; et in perditione impiorum erit laudatio.
11. Benedictione justorum exaltabitur civitas; et ore impiorum subvertetur.
12. Qui despicit amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacebit.
13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.
14. Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem, ubi multa consilia.
15. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos, securus erit.
16. Mulier gratiosa inveniet gloriam; et robusti habebunt divitias.
17. Benefacit animæ suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abjicit.

5. Justitia simplicis. Hæc sententia repetitur ex n. 3.

6. *Justitia rectorum.* Ejusdem sententiæ repetitio et inculcatio.

7. *Nulla erit ultra spes.* Quia in inferno nulla est redemptio. — *Expectatio sollicitorum peribit.* Peribit spes eorum qui in hac vita de augendis divitiis et honoribus comparandis solliciti fuerunt, ac propterea divinam legem violarunt.

8. *Tradetur impius pro eo.* Ut videmus in exemplis Mardochæi et Aman, David et Saulis, Danielis et eorum a quibus fuerat accusatus. Vel generatim sensus est, esse in hoc mundo vices, ut nimirum justi post angustias felicitatem, impii post felicitatem angustias nancisantur.

9. *Decipit amicum suum.* Decipere conatur. — *Liberabuntur scientia.* Quia illius simulationem et fraudem quantumvis tectam deprehendent.

10. *In bonis justorum.* Cum videriint bona justis contingere, et bene illis esse. — *Erit laudatio.* Justitiæ et providentiæ Dei.

11. *Benedictione justorum.* Bonis consiliis et monitis justorum, utili oratione et sermone justorum florebit civitas. LXX habent, *in bonis justorum,* ita ut *benedictio* sit idem quod prosperitas.

12. *Qui despicit amicum suum.* Cum in aliquem errorem aut peccatum labitur. — *Indigens corde.* Insipiens. — *Vir... prudens tacebit.* Non damnabit, non ridebit alios, etiamsi peccarint, sunt momor imbecillitatis, et se etiam lapsui obnoxium, scienter.

13. *Ambulat fraudulenter.* Ficte tantum amicus, et non ex corde. — *Commissum.* Arcanum sibi ab amico creditum.

15. *Qui fidem facit.* Qui fidejubet. — *Pro extraneo.* Item est ac si dixisset *pro alio,* ut patet ex c. 6. 1, ubi habemus : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam etc.* Vide ibi dicta. — *Cavet laqueos.* Cavet obligationes fidejussionum.

16. *Mulier gratiosa* Mulier gratæ venustatis et probitatis. — *Inveniet gloriam.* Celebris erit et inclyta in civitate. Sic de Judith dicitur c. 8, 7 : *Erat autem eleganti aspectu nimis,* et paulo post : *Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde.* — *Et robusti habebunt divitias.* Ut mulier gratiosa decus et gloriam, ita fortes viri divitias consequentur.

17. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Indulget sibi vir liberalis debitum ac commodum rerum necessarium usum. — *Crudelis.* Avarus, qui ut parcat pecuniæ sibi non parcit, et suis aut aliorum incommodis et malis non commoveur ut illos sublevet. — *Etiam propinquos abjicit.* Adeo pauperibus quibuscumque non benefacit, ut etiam sibi propinquitate conjunctos abjiciat.

18. L'ouvrage du méchant ne sera point stable : mais la récompense est assurée à celui qui sème la justice.
19. La clémence ouvre le chemin à la vie; et la recherche du mal conduit à la mort.
20. Le Seigneur a en abomination le cœur corrompu; et il met son affection en ceux qui marchent simplement.
21. Le méchant ne sera point innocent, lors même qu'il aura les mains l'une dans l'autre : mais la race des justes sera sauvée.
22. La femme belle et insensée est comme un anneau d'or au museau d'une truie.
23. Le désir des justes se porte à tout bien; l'attente des méchants est la fureur.
24. Les uns donnent ce qui est à eux, et sont toujours riches; les autres ravissent le bien d'autrui, et sont toujours pauvres.
25. Celui qui donne abondamment sera engraissé lui-même; et celui qui *les* enivre sera lui-même enivré.
26. Celui qui cache le blé sera maudit des peuples; et la bénédiction viendra sur la tête de ceux qui le vendent.
27. Celui qui cherche *à faire* le bien est heureux de se lever dès le point du jour, mais celui qui cherche *à faire* le mal en sera accablé.
28. Celui qui se fie en ses richesses tombera : mais les justes germeront comme l'arbre dont la feuille est toujours verte.
29. Celui qui met le trouble dans sa maison ne possédera que du vent; et l'insensé sera assujéti au sage.

18. Impius facit opus instabile; seminanti autem justitiam merces fidelis.
19. Clementia præparat vitam, et sectatio malorum mortem.
20. Abominabile Domino cor pravum; et voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulant.
21. Manus in manu non erit innocens malus; semen autem justorum salvabitur.
22. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.
23. Desiderium justorum omne bonum est; præstolatio impiorum furor.
24. Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.
25. Anima quæ benedicit, impingubitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.
26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.
27. Bene consurgit diluculo qui quærit bona; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.
28. Qui confidit in divitiis suis, corruet : justi autem quasi virens folium germinabunt.
29. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos; et qui stultus est, serviet sapienti.

18. *Opus instabile.* Quod evanescet, nec solidum aliquem fructum feret. Videtur hæc sententia cohærere cum superiori, ut sensus sit, avarum qui nemini benefacit, nec eleemosynam tribuit, sed tantum coacervandis pecuniis insistit, facere opus instabile, quia peribunt divitiæ quas secum ferre non potest. — *Seminanti autem justitiam.* Eleemosynam largienti. — *Merces fidelis.* Merces stabilis et non peritura.
19. *Clementia.* Videtur intelligere liberalitatem in erogandis pecuniis in indigentes. — *Præparat vitam.* Æternam, et etiam temporariam, quia conciliat civium benevolentiam qua paratur securitas ab insidiis. — *Sectatio malorum.* Sordida et illiberalis avaritia, quæ multa mala suadet.
20. *Voluntas ejus.* Beneplacitum ejus. Italice dicoremus : *Si compiace.*
21. *Manus in manu.* In Hebræo est, יד ליד *jad le jad*, *manus ad manum.* Pagninus in Thesauro putat sensum esse, cito, statim, ut respondeat italicæ phrasi, *à mano à mano*, id est statim. Alii de conspirationibus intelligunt; nam *infecta jungunture fœdera dextra*, ut ait Ille. — *Non erit innocens*, id est, impunitus. — *Semen autem justorum.* Justi, vel si qui se a pravis abdicunt conspirationibus : ut ait inter duo sententiæ membra oppositio, si sequamur secundam interpretationem.
22. *Circulus aureus in naribus suis.* LXX, *sicut inauris aurea in naribus suis.* Vox hebraica נזם *nezem*, non tantum inaures significat, sed illa etiam ornamenta quæ in fronte super nasum suspendere solebant antiqui, ut indicat etiam Is., cap. 3, 21, ubi inter castera muliebria ornamenta numerat etiam *gemmas in fronte pendentes*. Hebr. *monilia nasi.* Sententia ergo est : quemadmodum pessimo loco sita esset gemma aut aureum monile in fronte suis, fœdi animalis et sese in lutum abjicientis et in eo voluntantis; ita pulchritudinis decus et ornamentum mulierem lovem et fatuam, quæ illo abutatur, minime decet.
23. *Desiderium justorum.* Sententia est : quidquid desiderant justi bonum est. — *Præstolatio impiorum furor.* Id autem quod præstolari possunt et debent, et quod eveniet impiis, est furor, indignatio et ultio divina.
24. *Dividunt propria.* Largientes, eleemosynas dantes.
25. *Quæ benedicit.* Quia benefacit; est enim hæc sententia superiori cohærens, et idem significans. — *Qui inebriat.* Largitur liberaliter bonis suis, alios satiando et quasi inebriando.
26. *Abscondit frumenta.* In aliud tempus reservans, ut carius vendat. — *Vendentium.* Cum populus postulat et indiget, cupiditati suæ modum imponens.
27. *Bene consurgit.* Quasi dicat : Bene facit, vel successum habebit. Videtur respondere italicæ phrasi qua dicimus : *Si leva in buon ora.* — *Quærit bona.* Qui sectatur bona. Qui bonis insistit operibus. — *Investigator malorum.* Sectator malarum rerum, cupiens cognoscere rationes male agendi. — *Ab eis.* Quæ sectatus est.
29. *Qui conturbat domum suam.* Qui bona sua dilapidat atque ideo domum suam conturbat multis molestiis afficiens domesticos. Vel qui domi ferox est et præfractus, de quo vitio Eccli. 4, 35, dicitur : *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.* — *Possidebit ventos.* Inanem faciet domum, et se pauperem deprehendet. Italice diceremus : *Si trovera con le mani piene di vento.*

30. Fructus justi lignum vitæ; et qui suscipit animas, sapiens est.
31. *a* Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator! [a *I. Pet.* 4. 18.]

30. Le fruit *de la bouche* du juste est un arbre de vie; et celui qui assiste les âmes est sage.
31. Si le juste est puni sur la terre, combien plus le sera le méchant et le pécheur!

CHAPITRE XII.

De l'utilité de la correction et de la piété. De l'impie et du juste. Du fainéant et du laborieux. Du sage et de l'insensé. Des biens et des maux que cause la langue.

1. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam; qui autem odit increpationes, insipiens est.
2. Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino : qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.
3. Non roborabitur homo ex impietate : et radix justorum non commovebitur.
4. Mulier diligens, corona est viro suo : et putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.
5. Cogitationes justorum judicia : et consilia impiorum fraudulenta.
6. Verba impiorum insidiantur sanguini : os justorum liberabit eos.
7. Verte impios, et non erunt; domus autem justorum permanebit.

1. Celui qui aime la correction aime la science : mais celui qui hait les réprimandes est un insensé.
2. Celui qui est bon puisera la grâce du Seigneur, mais celui qui met sa confiance en ses propres pensées agit en impie.
3. L'homme ne s'affermira point par l'impiété : mais la racine des justes sera inébranlable.
4. La femme vigilante est la couronne de son mari : mais celle qui fait des choses dignes de confusion fera sécher le sien jusqu'au fond des os.
5. Les pensées des justes sont pleines de droiture et de justice; les pensées des méchants sont pleines de malice.
6. Les paroles des méchants dressent des embûches pour verser le sang : *mais* la bouche des justes les délivrera.
7. Au moindre changement les méchants tombent, et ne sont plus : mais la maison des justes demeurera ferme.

30. *Fructus justi.* Opera justi, ac peculiariter misericordia in indigentes. — *Lignum vitæ.* Cum ligno vitæ frequenter a Salomone comparatur id quod suave est et salutare : sensus ergo est, opera justi, ac præsertim misericordiam in pauperes salutarem esse, gratam et jucundam, et omnem boni rationem habentem. — *Qui suscipit animas.* Qui fovet, juvat, necessitatesque eorum sublevat. Vel stia in *suscipere animas* est sibi eorum quibus benefacit voluntates et studia adjungere. Italice dicimus : *Guadagnarsi le volontà.*
31. *Si justus in terra recepit.* Quasi dicat : Ecce frequenter justus recipit in terra, hoc est in hac vita justitiæ suæ præmia; multo ergo magis impius et peccator etiam ante mortem commeritam pœnam recipiet. Vel sensus est : ecce Deus in hac vita frequenter reddit justis pœnam quam ob suas leves culpas merentur; quanto ergo magis impiis et peccatoribus. Secunda explicatio magis est genuina, et non multum diversa ab interpretatione LXX quam secutus est D. Petrus ep. 1, cap. 4, 18 : *Si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?* Sententia est : si justi non sine multis tribulationibus nituntur ad cœlum, sane etiam peccatores omni scelorum genere coopertos gravis ultio manebit.

CAP. XII. — 1. *Disciplinam.* Castigationem, correptionem. — *Scientiam.* Notitiam certam agendorum, ad quam perveniur frequenti correptione facta a sapientioribus.
2. *Bonus.* Sincerus, integer, et abhorrens a fraudibus. — *Hauriet gratiam a Domino.* In Hebr. est, *bonus educet beneplacitum a Domino*; id est, divinum favorem et benevolentiam consequetur. — *Qui autem confidit in cogitationibus suis.* In Hebr. est, *virum autem cogitationum, vel machinationum peraget reum.* Ille igitur dicitur vir cogitationum, qui sperat posse se suis machinationibus et dolis alios circumvenire. — *Impie agit.* Verbum רשע *rascah*, in *hiphil*, ut est hoc loco רשיע *jarsciah*, significat impium declarare, condemnare, reum peragere; sed tamen, ut tradit Pagninus in Thesauro, significat etiam *impie agere*, quod noster interpres secutus est, sensu commodo, qui potest esse hujusmodi : qui bonus est, gratiam a Domino postulabit, et consequetur, qua semper proficiat in melius; qui autem confidit in cogitationibus suis, nec putat alibi ambiendum Domini favorem et gratiam, ille aget impie, et subinde ruet in pejus.
3. *Non roborabitur.* Id est, homo per impietatem non sic roborabitur ut diuturno tempore subsistere possit, contra quam accidit justis, qui stabiles sunt, nullis incursibus adversitatum aut tentationum commovendi.
4. *Mulier diligens.* In hebræo est חיל *chail*, *virtutis. Mulier fortis*, ut verti cap. ultimo hujus libri. Italice dicimus : *Donna di valore.* — *Corona est viro suo.* Decus affert viro suo. — *Putredo.* Quæ vero improba, impudica est, aut fatua, tabescere facit maritum suum, mœstitiam qua exedatur illi concilians.
5. *Judicia.* Id est, justa sunt.
6. *Insidiantur sanguini.* Sermones quos impii miscent sunt de rebus malis et injustis, v. g., de homicidiis et de insidiis struendis, ut quis evertatur et de medio tollatur. — *Eos.* Quibus impii insidiantur.
7. *Verte impios.* Quasi dicat : O Deus, subverte, vel si subvertis. Sic Psal. 103, 35 : *Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint.* LXX habent : *Quocumque se verterit impius, delebitur.*

8. L'homme sera connu par sa doctrine; mais celui qui est vain et qui n'a point de sens tombera dans le mépris.
9. Le pauvre qui se suffit à lui-même, vaut mieux qu'un homme glorieux qui n'a point de pain.
10. Le juste se met en peine de la vie des bêtes qui sont à lui : mais les entrailles des méchants sont cruelles.
11. Celui qui laboure sa terre sera rassasié de pain; mais celui qui aime à ne rien faire est très-insensé.
Celui qui passe le temps à boire du vin avec plaisir laissera des marques de sa honte dans ses places fortes.
12. Le désir des impies est de s'appuyer de la force des plus méchants; mais la racine des justes germera de plus en plus.
13. Le méchant attire sa ruine par les péchés de ses lèvres : mais le juste sera délivré des maux *les plus* pressants.
14. L'homme sera rempli de biens selon le fruit de sa bouche, et il lui sera rendu selon les œuvres de ses mains.
15. La voie de l'insensé est droite à ses yeux : mais celui qui est sage *écoute volontiers* les conseils.
16. L'insensé découvre d'abord sa colère; mais celui qui est habile dissimule l'injure.

17. Celui qui assure ce qu'il sait bien rend un témoignage juste; mais celui qui ment est un témoin trompeur.
18. Tel promet qui est percé ensuite, comme

8. Doctrina sua noscetur vir : qui autem vanus et excors est, patebit contemptui.
9. *a* Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane. [a *Eccli.* 10. 30.]
10. Novit justus jumentorum suorum animas viscera autem impiorum crudelia.
11. *a* Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem sectatur otium, stultissimus est. [a *Eccli.* 20. 30.]
Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.
12. Desiderium impii munimentum est pessimorum; radix autem justorum proficiet.
13. Propter peccata labiorum ruina proximat malo : effugiet autem justus de angustia.
14. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, et juxta opera manuum suarum retribuetur ei.
15. Via stulti recta in oculis ejus : qui autem sapiens est, audit consilia.

16. Fatuus statim indicat iram suam : qui autem dissimulat injuriam, callidus est.
17. Qui quod novit loquitur, index justitiæ est : qui autem mentitur, testis est fraudulentus.
18. Est qui promittit, et quasi gladio

Cap. XII. — 9. *Melior est pauper.* L'Hébreu peut littéralement se traduire : Un homme méprisé, d'une basse condition, mais qui travaille pour soi, qui sait vivre de son travail, vaut mieux qu'un homme de condition élevée qui n'a point de pain, et qui se croirait déshonoré s'il travaillait pour en gagner.
18. *Est qui promittit.* D'après l'Hébreu : Il y a des gens dont les paroles qu'ils profèrent sont comme des coups d'épée; mais la langue des sages porte la santé.

8. *Doctrina sua.* Ex doctis sermonibus. — *Vanus et excors.* Rudis et imperitus, qui cordatus non est, aut sapiens.
9. *Sufficiens sibi.* Qui sibi et tenui familiæ suæ laboribus suis sufficienter prospicere potest. — *Gloriosus.* Quales sunt multi nobiles, qui ære alieno ita premuntur, ut quomodo emergant non habeant, * nec quomodo se aut suos pascant. Huic plane gemina sententia habetur apud Ecclesiasticum, c. 10, 30.
10. *Novit... jumentorum suorum animas.* Attendit ad sua jumenta, et illorum habet rationem, sollicitus ne plus æquo fatigentur, et no quid necessarium eis desit. LXX habent : *Justus misereitur animas jumentorum suorum.*
11. *Satiabitur panibus.* Abundabit. — *Qui suavis est in vini demorationibus;* LXX, *qui est jucundus in vini conversationibus*, hoc est, qui libenter moratur, versatur et delectatur potibus et vini intemperantia. Οἴνου διατριβάς, *vini demorationes*, interpretari possumus tabernas, in quibus otiosi et intemperantes totos desident dies. — *In suis munitionibus.* In græco est, ἐχυρώμασι. Videtur hoc monitum potissimum milites perstringere qui arces custodiunt, qui metu soluti, vino et alea tempus fallunt. Hi autem contumeliam in munitionibus relinquunt, quia aliquando vino madidis, et nihil tale cogitantibus, hostis superveniens, intemperantiæ et secordiæ negligentiæ notam inurit.
12. *Desiderium impii munimentum est pessimorum.* Impius desiderat ut pessimis quibusque bene sit, muniti sint, et a malis securi, prævalentes justis : sed quod optat non consequetur; nam justi, quos eversos cupit, semper in melius proficiunt.
13. *Malo.* Scilicet homini.
14. *De fructu oris sui.* Id est, ex fructuosis utilibusque sermonibus non tantum illi pascuntur qui docentur quibusque bene consulitur; sed et ipsemet qui loquitur pascitur, imo saturatur bono, et quia ipsa verba docentis ejus pascunt affectum, et quia ingens a Deo præmium sui laboris reportant.
15. *Via.* Ratio agendi, consilia. — *Recta in oculis ejus.* Idcoque neminem adhibet in consilium, confidens se non erraturum.
16. *Callidus.* Prudens seu cautus. * Sunt etiam qui dissimulant non ut sibi caveant, sed ut cum dabitur opportunitas inimicum perdant. Sic Absalom egit cum Ammone fratre, II. Reg. 13, 22.
17. *Index justitiæ.* Testis et index justus est.
18. *Est qui promittit.* Hunc versiculum sic interpretantur LXX : *sunt qui dicendo vulne-*

pungitur conscientiæ : lingua autem sapientium sanitas est.
19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum : qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.
20. Dolus in corde cogitantium mala : qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
21. Non contristabit justum quidquid et acciderit : impii autem replebuntur malo.
22. Abominatio est Domino labia mendacia : qui autem fideliter agunt, placent ei.
23. Homo versutus celat scientiam : et cor insipientium provocat stultitiam.
24. Manus fortium dominabitur : quæ autem remissa est, tributis serviet.
25. Mœror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono lætificabitur.
26. Qui negligit damnum propter amicum, justus est : iter autem impiorum decipiet eos.
27. Non inveniet fraudulentus lucrum; et substantia hominis erit auri pretium.
28. In semita justitiæ, vita : iter autem devium ducit ad mortem.

d'une épée, par sa conscience : mais la langue des sages est *pour eux* une source de santé.
19. La bouche véritable sera toujours ferme : mais le témoin précipité se fait avec peine une langue de mensonge.
20. Ceux qui forment de mauvais desseins ont la tromperie dans le cœur, mais ceux qui n'ont que des conseils de paix, sont dans la joie.
21. Quoi qu'il arrive au juste, il ne s'attristera point, mais les méchants auront le cœur pénétré d'affliction.
22. Les lèvres menteuses sont en abomination au Seigneur : mais ceux qui agissent sincèrement lui sont agréables.
23. L'homme habile cache sa science; le cœur de l'insensé se hâte de produire sa folie.
24. La main des *hommes* forts dominera; mais la main relâchée sera assujétie à payer le tribut.
25. La tristesse du cœur humiliera l'homme; *mais* la bonne parole le réjouira.
26. Celui qui, pour *faire plaisir à* son ami, néglige *d'éviter* une perte, est juste; mais la voie des méchants les séduira.
27. Le trompeur ne jouira point du gain qu'il cherche : mais les richesses de l'homme *juste* sont précieuses comme l'or.
28. La vie est dans le sentier de la justice; mais le chemin détourné conduit à la mort.

rant tanquam gladius; linguæ autem sapientium sanant. Nec aliter hebræus textus, qui habet : *Est effutiens ut confossiones gladii, et linguæ sapientium sanitas.* Verum quia verbum כרבות *bota*, significat pronuntiare et etiam inconsulte promittere, ideo S. Hieronymus hanc significationem est secutus, et sensus est : est qui temere promittit, et postquam promisit, pœnitentia ductus conscientia promissionis pungitur quasi gladio. Contra vero lingua sapientum sanitas est, quia quod loquuntur, nec aliis nec sibi incommodum affert, aut dolorem, sed sanitatem et lætitiam, dolorique mentis medetur.
19. *Labium veritatis.* Lingua verax. — *Firmum erit in perpetuum.* Semper sibi consentiens. — *Repentinus.* Aut interrogatus cum non putabat, aut repentine et inconsulte verba facions, et parum cogitans quid loquatur. — *Concinnat linguam mendacii.* Mendacia consuit ut quod dixit defendat et non appareat mendax.
21. *Non contristabit justum.* Quia spem in Deo locat, et illius se submittit voluntati. Vel sensus est : non lædet justum. Sic de igne fornacis Babylonis dicitur Dan., 3, 50 : *Non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit.*
23. *Versutus.* Cautus. — *Celat scientiam.* Non ostentat nec facile profert quod scit, sed dissimulat. — *Provocat.* Hebr., *prædicat*, sive *clamat*, וקורא *iqra*; promit stultitiam suam nihil metuens.
24. *Fortium.* Hebr. *sollicitorum* seu *sedulorum.*
25. *Humiliabit illum.* Dejiciet, afflget. — *Sermone bono.* Benigno, humano *consolatorio.*
26. *Qui negligit damnum.* Æquum enim est, et viro bono et justo dignum ut aliqua incommoda et damna subeamus aliquando amicorum causa. — *Iter autem impiorum.* Qui suis commodis velificantur, et hoc tantum spectant ut ipsis bene sit, aliis neglectis. — *Decipiet eos.* Quia cum ipsi opus habuerint non inventent a quibus subleventur, vel quia commodum, aut utilitas quam modo percipiunt, alio, et fortasse graviore incommodo compensabitur, ita volente Domino in ejus culpæ pœnam.
27. *Non inveniet fraudulentus lucrum.* In hebræo est : *non aduret fraudulentia venationem suam.* Metaphora sumpta a venatoribus, quasi dicat : Non assequetur prædam quam capiat, et ut capiat sua hac venatione non frustur; nam antequam illam assut et igne torreat ut comedat, illi eripietur. — *Substantia hominis erit auri pretium.* In hebræo est : *substantia hominis seduli pretiosa.* Hominis seduli et diligentis, qui honesta ratione victum quærit, aut divitias parat, substantia erit auri pretium, id est, quasi aurum pretiosa, quia magna et stabilis.
28. *In semita justitiæ.* In actionibus justis. — *Vita.* Gratiæ, et postmodum gloriæ. — *Devium.* A justitia. — *Ad mortem.* Peccati, et postmodum etiam ad mortem æternam.

CHAPITRE XIII.

De la bonne éducation. Du silence. Courte durée de l'éclat des impies. Des biens acquis trop vite. Stabilité de la fortune du juste. Châtier ses enfants. Insatiabilité des méchants.

1. Le fils qui est sage est *attentif* à la doctrine de son père; mais celui qui est un moqueur n'écoute point quand on le reprend.
2. L'homme juste sera rassasié de biens par les fruits de sa bouche; mais l'âme des violateurs de la loi *se rassasie* d'iniquité.
3. Celui qui garde sa bouche garde son âme; mais celui qui est inconsidéré dans ses paroles tombera dans beaucoup de maux.
4. Le paresseux veut et ne veut pas; mais l'âme de ceux qui travaillent s'engraissera.
5. Le juste détestera la parole de mensonge; mais le méchant confond et sera confondu lui-même.
6. La justice garde la voie de l'innocent; l'iniquité fait tomber le pécheur dans le piége.
7. Tel paraît riche, qui n'a rien; et tel paraît pauvre, qui est fort riche.
8. L'homme riche rachète sa vie par son bien: mais celui qui est pauvre n'est point menacé.
9. La lumière des justes *leur* donne une joie *solide et durable*: mais la lampe des méchants s'éteindra.

1. Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur.
2. De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem prævaricatorum iniqua.
3. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.
4. Vult, et non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.
5. Verbum mendax justus detestabitur: impius autem confundit, et confundetur.
6. Justitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat.
7. Est quasi dives, cum nihil habeat: et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.
8. Redemptio animæ viri, divitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.
9. Lux justorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.

Cap. XIII. — 4. *Vult et non vult.* Les désirs tuent le paresseux, est-il dit plus loin (ch. XXI, 25-26). Il désire beaucoup de choses, mais il ne veut rien véritablement, parce qu'il n'en a pas l'énergie. Il se laisse abuser par de vaines espérances, et toute sa vie se passe en projets, sans agir jamais.

8. *Qui autem pauper est.* Nous préférons le sens donné par Ménochius à ce verset. Le P. de Carrières a entendu *increpationem non sustinet*, comme s'il y avait *asperiora verba non sustinet*, d'après ce verset de Téronce: *Propter suam inopiam semper se credunt negligi.* En faisant l'éloge des richesses, Salomon est d'ailleurs conséquent, qui attachait aux biens de ce monde plus d'importance que ne le fait l'Evangile. D'ailleurs, les richesses bien employées nous rachètent de nos fautes au moyen de l'aumône (Dan., IV, 24).

Cap. XIII. — 1. *Doctrina patris.* Id est, in eo relucet doctrina patris a quo fuit institutus. Chald. *suscipit doctrinam patris.* — *Illusor.* Qui ridet monitiones. LXX, ἀνήκοος, qui audire contemnit, inobediens.

2. *De fructu oris...* homo *satiabitur bonis.* Explicatus est hic semiversiculus capite superiori, n. 14. — *Anima autem prævaricatorum iniqua.* Significatur animam peccatorum esse sit iniqua, et proinde fructum bonum non referat, non comesturam bonum, nec bonis satiandam.

3. *Qui custodit os suum.* Ita ut sit tardus et consideratus in loquendo. — *Custodit animam suam.* A peccato, et a multis malis quæ lingua adducit intemperantia.

4. *Vult et non vult piger.* Propositum mutat labore deterritus. — *Anima autem operantium impinguabitur.* Qui laborem non refugiunt, sed illum constanter subeunt, bonis abundabunt. Anima per synecdochen ponitur pro toto homine.

5. *Confundit.* Confundit se, dedecus sibi conciliat et parat, ex quo confusio. — *Et confundetur.* Dedecore afficietur; nam mendacem cordati viri omnes rejiciunt et adversantur.

6. *Justitia custodit innocentis viam.* Ipsa justitia, quam vir bonus et innocens sectatur, illum custodit et tutum præstat a malis. — *Supplantat.* Peccatorem evertit et perdit.

7. *Est quasi dives.* Id est, sunt qui se divites simulant, cum tamen sint omnium egentes; ut contra divites aliqui sunt, qui pauperes haberi volunt. * Primos Græci πτωχαλάζονας vocant, secundos, εἰρωνας. Ostentatoris character describitur apud Theophrastum ad Herennium, lib. 4.

8. *Redemptio animæ viri, divitiæ suæ.* Hoc afferunt commodi possessori suo divitiæ, quod ipsum redimere et liberare possunt a malis, a captivitate, a carceribus et judicum sententiis, a morbis etiam per medicamenta pretiosa, etc. — *Increpationem non sustinet.* Adversis resistere non potest nec illis sustinere; sed illis cedit, et sub illis fatiscit et deficit.

9. *Lux justorum lætificat.* In Hebræo est, ישמח *ismach*, *lætabitur*, aut *lætæ erit*, id est, justi prospere agent, et quasi clara, lasta et lætificante luce felicitatis splendebunt. — *Lucerna... impiorum extinguetur.* Felicitas qua fulgent et clari sunt. Vide Job., 18, 5: *Nonne lux impii extinguetur?*

10. Inter superbos semper jurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.
11. Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur.
12. Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.
13. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur.

Animæ dolosæ errant in peccatis: justi autem misericordes sunt, et miserantur.

14. Lex sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis.
15. Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.
16. Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperit stultitiam.
17. Nuntius impii cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.
18. Egestas, et ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.
19. Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.
20. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

10. Il y a toujours des querelles entre les superbes: mais ceux qui font tout avec conseil sont conduits par la sagesse.
11. Le bien amassé à la hâte diminuera, mais celui qui se recueille à la main et peu à peu, se multipliera.
12. L'espérance différée afflige l'âme; le désir qui l'accomplit est un arbre de vie.
13. Celui qui parle avec mépris de quelque chose, s'engage pour l'avenir: mais celui qui craint le précepte *du Seigneur*, demeurera en paix.

Les âmes trompeuses se trompent dans les péchés *qu'elles commettent*, les justes au contraire sont compatissants et font miséricorde.

14. La loi du sage est une source de vie pour éviter *les filets et* la ruine de la mort.
15. La bonne doctrine attire la grâce, la voie des moqueurs mène au précipice.
16. L'homme habile fait tout avec conseil; mais l'insensé fait voir sa folie.
17. L'ambassadeur de l'impie tombera dans le mal: mais celui qui est fidèle est *une source de* santé.
18. Celui qui se retire de la discipline, tombera dans l'indigence et l'ignominie; mais celui qui reçoit de bon cœur les réprehensions sera élevé en gloire.
19. L'accomplissement du désir est la joie de l'âme; *c'est pourquoi* les insensés détestent ceux qui fuient le mal.
20. Celui qui marche avec les sages deviendra sage; l'ami des insensés leur ressemblera.

10. *Semper jurgia sunt.* Quia superbus superbo cedere non vult, sibique multum fidit, et aliorum consilia non admittit, sed aspernatur.

11. *Festinata.* Festinanter acquisita, et malis artibus. — *Minuetur.* Dilabetur, ut fere accidit rebus male partis. — *Manu.* Labore manuum, et bonis artibus.

12. *Spes.* Res sperata et optata. — *Lignum vitæ.* Res jucundissima et suavissima. — *Desiderium veniens.* Res desiderata tandem obtenta.

13. *Qui detrahit alicui rei.* Qui, v. g., pravum aliquem morem damnat, aut etiam bonum, ipse obligationem sibi imponit ab eo abstinendi quod damnavit. — *Qui autem timet præceptum.* Contra vero qui timet præceptum divinum, quo et detractio prohibetur et quid cuique faciendum sit docemur, is et hic in pace conscientiæ, animique tranquillitate versabitur, et cum hominibus etiam pacem habebit, et in futuro sæculo pacem aget æternam. Salazar putat versiculi sensum esse: qui detrahit alicui rei, id est alicui præcepto, illud integre non servans, ipse se in futurum obligat ut scilicet supplest quod defuit; qui vero reverens præceptum illud ad unguem et integre servat, is in pace conscientiæ versatur. In hebræo, ut veriti Vatablus, habemus: « Contemnens verbum peribit propter ipsum: et timenti præceptum redetur merces; » ut vero vertit Pagninus: « Contemnens aliquod corrumpetur propter contemptum ipsum; et timenti præceptum reddetur merces. » Nec multum differt LXX virorum interpretatio, quæ est hujusmodi: « Contemnens rem, contumaetur ex ea; timens autem » mandatum, hic sanus est. » Sententia autem harum versionum hæc esse videtur: eum qui legem contemnit et violat contemptui, futurum, et sui peccati pœnam luiturum; eum vero qui legem timet, servat et reveretur, bene habiturum, et amplam mercedem consecuturum. — *Animæ dolosæ.* Viri dolosi et fraudulenti, qui malis artibus divitias quærunt. — *Errant in peccatis.* Peccata sequentes decipiuntur, et spe sua excidunt. Verbum græcum πλανῶνται explicare possimus, versantur et peccatis inerrant. — *Justi autem.* Justi autem ita divinitus ditantur ut non tantum sint affectu misericordes, sed et facto misericordiam exhibeant.

14. *Lex sapientis.* Disciplina, institutio et præcepta sapientis. — *Fons vitæ.* Emanans vitam: vitam afferens iis qui institutionem illam non repudiant, et abstrahens a mortis periculis.

15. *Dabit gratiam.* Apud eum et apud homines gratiam conciliabit bona institutio et doctrina qua quis præditus est. — *Contemptorum.* Bonæ doctrinæ. — *Vorago.* Perditionis in quam ruent.

16. *Astutus.* Prudens, cautus. — *Cum consilio.* In hebræo est: *in scientia*, hoc est, prudenter et scite. — *Aperit stultitiam.* Prodit suam stultitiam, nam cum ipse per se videre non possit quid facto opus sit, nec aliorum consiliis acquiescat, sequitur ut in rebus agendis erret, et imprudentiam suam omnibus prodat.

17. *Nuntius impii.* In hebræo est, *nuntius impius;* sed idem est, nam implus princeps similem sibi legatum fero deligit. — *Sanitas.* Salutaris est quia negotia sapienter tractat.

18. *Disciplinam.* Correptionem, vel bonam institutionem.

19. *Desiderium.* Res desiderata.

24. Le mal poursuit les pécheurs, et les biens seront la récompense des justes.

22. L'homme vertueux laisse héritiers *de ses biens* ses fils et ses petits-fils; et *au contraire* le bien du pécheur est réservé pour le juste.

23. On recueille quantité de fruits dans les champs *qu'on a reçus* de ses pères; dans les autres on amasse sans jugement.

24. Celui qui épargne la verge hait son fils : mais celui qui l'aime s'applique à le corriger.

25. Le juste mange et remplit *les désire de* son âme, mais le ventre des méchants est insatiable.

21. Peccatores persequitur malum; et justis retribuentur bona.

22. Bonus relinquit hæredes filios, et nepotes, et custoditur justo substantia peccatoris.

23. Multi cibi in novalibus patrum; et aliis congregantur absque judicio.

24. *a* Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit illum; instanter erudit. [a *Infr.* 23. 13.]

25. Justus comedit, et replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis.

CHAPITRE XIV.

Opposition entre le sage et l'insensé, le juste et le méchant. Eloge du travail, de la crainte du Seigneur, de la patience et de la compassion envers les pauvres.

1. La femme sage bâtit sa maison : *mais* l'insensé détruit de ses mains celle qui était déjà bâtie.

2. Celui qui marche par un chemin droit, et qui craint Dieu, est méprisé par celui qui marche dans une voie infâme.

3. La langue de l'insensé est une verge d'orgueil : mais les lèvres des sages les conservent.

4. Où il n'y a point de bœufs, la grange est vide : mais la force du bœuf paraît clairement où l'on recueille beaucoup de blé.

5. Le témoin fidèle ne ment point; mais le faux témoin publie le mensonge.

6. Le moqueur cherche la sagesse, et il ne la trouve point : l'homme prudent s'instruira sans peine.

7. Opposez-vous à l'homme insensé, il ne connaît point les paroles de prudence.

1. Sapiens mulier ædificat domum suam; insipiens extructam quoque manibus, destruet.

2. Ambulans recto itinere, et timens Deum, a despicitur ab eo, qui infami graditur via. [a *Job.* 12. 4.]

3. In ore stulti virga superbia; labia autem sapientium custodiunt eos.

4. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est : ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.

5. Testis fidelis non mentitur : profert autem mendacium dolosus testis.

6. Quærit derisor sapientiam, et non invenit : doctrina prudentium facilis.

7. Vade contra virum stultum, et nosci labia prudentiæ.

25. *Justus comedit.* Le juste se contente de peu, mais le méchant n'est rassasié par rien. La faim et la soif qu'il a des choses de ce monde sont si grandes, que rien ne peut les assouvir.

CAP. XIV. — 4. *Ubi non sunt boves.* C'est une manière de dire que la récolte est en raison directe du travail et du soin qu'on donne à la terre.

22. *Relinquit hæredes filios, et nepotes.* Deus bonis viris prolem concedit, et ut ad filios et nepotes longa serie bona transmittantur, et bene agant, et rebus omnibus affluant. — *Et custoditur justo substantia peccatoris.* Servantur divitiæ peccatoris ut ad justum transeant, qui melius illis utetur.

23. *Multi cibi in novalibus patrum.* Quasi dicat : Frequenter accidit ut parentes divites sint et multa erent torre jugera ex quibus multas colligant fruges. * Chaldæus et alii vertunt, *in novalibus pauperum*, quia pauperes exiguos agellos suos diligenter colunt, et fructus uberes ex eis colligunt. — *Et aliis congregantur absque judicio.* Sed non animadvertunt patres se hasce divitias extraneis potius congregare quam filiis suis, qui cum illarum adepti fuerint possessionem, illas prodigent et dilapidabunt. * Vel juxta aliatam chaldæi interpretationem, sensus est : aliis, scilicet divitibus, fructus sine judicio congregari, quia negligenter tractatur a procuratoribus res familiaris eorum, et agrorum proventus interveniunt, et in horrea malignæ inferuntur.

25. *Replet animam suam.* Quia cupiditatibus suis modum ponit.

CAPUT. XIV. — 1. *Ædificat domum.* Promovet rem domesticam. — *Manibus destruet.* Ita rei familiari nocebit ut plus nocere non possit, si dedita opera illam velit perdere.

2. *Infami graditur via.* Qui vitia sectatur, quæ afferunt dedecus.

3. *Virga superbiæ.* Quia stulti superbo sermone suo virgam pœnæ sibi debitam parant; * et quia in alios superbe, contumeliose minaciter linguam vibrant. — *Custodiunt eos.* Ne malis afficiantur.

4. *Præsepe.* In hebræo est אבוס *abus*, quam vocem horreum significare aliqui volunt. Utrumque verum est; ubi non sunt boves, et horrea, et præsepia, quibus alimenta jumentorum immittuntur, vacua sunt; nam terra debito cultu carens fruges non profert.

6. *Quærit derisor sapientiam.* Quærit et non invenit, quia male quærit, et suo judicio fidens, nec sapientibus acquiescens, aut Ecclesiæ. — *Doctrina prudentium facilis.* In hebræo, *scientia prudenti est facilis*, scilicet est ad acquirendum, facile eis provenit.

7. *Vade contra virum stultum.* Si contradixeris viro stulto, non habebit quomodo sapienter respondat. * Habr. *recede a stulto.* Itaque Vulgatæ sensus erit : vade contra, id est, e regione, longe tamen remotus. Italice diceremus : *Va dall' altra parte.*

8. Sapientia callidi est intelligere viam suam : et imprudentia stultorum errans.

9. Stultus illudet peccatum, et inter justos morabitur gratia.

10. Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.

11. Domus impiorum delebitur : tabernacula vero justorum germinabunt.

12. Est via, quæ videtur homini justa : novissima autem ejus deducunt ad mortem.

13. Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.

14. Viis suis replebitur stultus, et super eum erit vir bonus.

15. Innocens credit omni verbo : astutus considerat gressus suos.

Filio doloso nihil erit boni : servo autem sapienti prosperi eruntactus, et dirigetur via ejus.

16. Sapiens timet, et declinat a malo : stultus transilit, et confidit.

17. Impatiens operabitur stultitiam : et vir versutus odiosus est.

18. Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astuti scientiam.

8. La sagesse de l'homme habile est de bien comprendre sa voie, l'imprudence des insensés est toujours errante.

9. L'insensé se joue du péché, mais la grâce se trouvera parmi les justes.

10. Le cœur de chacun connaît l'amertume de son âme; et sa joie ne sera point comprise par un étranger.

11. La maison des méchants sera détruite : mais les tentes des justes seront florissantes.

12. Il y a une voie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.

13. Le ris sera mêlé de douleur, et la tristesse succède à la joie.

14. L'insensé sera rassasié de ses voies, et l'homme vertueux le sera encore plus des biens qu'il a faits.

15. L'imprudent croit tout ce qu'on lui dit : mais l'homme habile considère tous ses pas.

Tout réussit mal à l'enfant qui n'est point sincère : mais le serviteur sage sera heureux dans toutes ses entreprises, et il réussira dans sa voie.

16. Le sage craint, et se détourne du mal; l'insensé passe outre, et se croit en sûreté.

17. L'impatient fera des actions de folie, et l'homme dissimulé se rend odieux.

18. Les imprudents posséderont la folie; et les hommes habiles attendront la science.

9. *Morabitur gratia.* Par le mot *gratia*, il faut entendre ici cet amour du bien qui inspire au juste une grande horreur du péché.

12. *Est via quæ videtur homini justa.* Il y a une fausse piété, un faux zèle, une fausse pénitence qui font illusion aux méchants et qui ne les conduisent qu'à leur perte.

8. *Callidi.* Prudentis, cauti. — *Intelligere viam suam.* Nosse actiones suas et in quem finem dirigantur. — *Errans.* In nullum certum finem bonum actiones suas dirigens, sed huc et illuc temere erians.

9. *Illudet peccatum.* Hoc videtur esse quod supra, c. 10, 23, dictum est : *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Vel sensus est : alienum peccatum irridebit. — *Et inter justos... gratia.* Vel, ut est in hebræo, רצון *ratson, benevolentia.* Cum enim justi alios etiam peccantes non rideant, facile cum omnibus benevolentiam servant. * Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων (*Perfecta amicitia ea est demum quæ inter bonos est et virtute similes*), Arist., Eth., 8, c. 4. Malorum factiones jungit vitiorum similitudo, bonorum amicitias par honesti studium.

10. *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ.* Cor quod angitur et sibi conscium est secreti mœroris. Vel cor quod amat mœrorem suum : fit enim, ut ait Seneca, *infelicis animi prava voluptas dolor.* Quam explicationem non respuit vox hebraica ידע *jadah*, quæ et nosse, et amare sive probare significat. — *In gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Non capietur facile solatiis quæ extrinsecus adhibentur. Vel sensus est : qui solus conscius est sibi sui doloris, solus etiam lætabitur si mutari fortunam contingat, et ad gaudium pervenire.

11. *Germinabunt.* Florebunt, prosperabuntur.

12. *Est via, quæ videtur.* Docet suspecta habenda propria, aut vulgaria judicia; fieri enim potest ut aliquod negotium, aut aliqua vitæ agendæ ratio bona videatur et salutaris, cum tamen revera ad exitium animæ ducat.

13. *Risus dolore miscebitur.* Monemur non sectari gaudia hujus sæculi quæ nec solida sunt, nec sine commixtione doloris aut mœroris; contra quam sunt gaudia spiritus, quæ et sincera sunt et diuturna, juxta illud Joan. 16, 22 : *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

14. *Viis suis replebitur.* * Ulcisceatur stultum mores sui, et usque ad miseram satietatem recipiet quod meritus est actionibus suis pravis. Vel ut satietur stultus studiis suis et iis rebus quas optavit, tamen longe melioris conditionis erit vir bonus, qui longe excellentius bonorum genus sectatus est; hoc enim est quod sequenti hemistichio dicitur : *Super eum erit vir bonus.* Vel sensus est : magis ipse recipiet quod meritus est, quia justitiæ corona excedet injustitiæ vindictam.

15. *Innocens.* Sincerus et simplex. Græce, ἄκακος, vel potius vitiose et nimium simplex. — *Astutus.* Prudens et cautus. — *Considerat gressus suos.* Prudenter moderatur actiones suas, nec se facile patitur circumferri aliorum dictis.

16. *Timet.* Suspicatur, et cavet ne aliqua fraude decipiatur. — *Transilit.* Nihili pendens, nec quidquam mali suspicans.

17. *Impatiens.* Hebr. *brevis iræ*rum, id est, qui facile iram concipit. — *Operabitur stultitiam.* Qui enim perturbationibus agitur, multa imprudenter et stulte operatur et loquitur.

18. *Parvuli.* Parvuli sensibus, imprudentes, vitiose simplices. — *Possidebunt... stultitiam.* Veluti hæreditatem possidebunt stultitiam. — *Astuti.* Cauti et prudentes. — *Expectabunt... scientiam.* Tanquam hæreditatem qua nulla ditior sit, aut optabilior.

19. Les méchants seront couchés par terre devant les bons, et les impies devant la porte des justes.

20. Le pauvre sera odieux à ses proches mêmes, et les riches auront beaucoup d'amis.

21. Celui qui méprise son prochain pèche : mais celui qui a compassion du pauvre sera bienheureux.

Celui qui croit au Seigneur aime la miséricorde ;

22. Ceux qui s'appliquent à faire le mal se trompent, c'est la miséricorde et la vérité qui nous acquièrent les *vrais biens*.

23. Où l'on travaille beaucoup, là est l'abondance : mais où l'on parle beaucoup, l'indigence se trouve souvent.

24. Les richesses des sages leur sont une couronne, *mais* la folie des insensés est *toujours* folie.

25. Le témoin fidèle délivre les âmes : celui qui est double publie des mensonges.

26. Celui qui craint le Seigneur est dans une confiance pleine de force ; et ses enfants auront sujet de bien espérer.

27. *Car* la crainte du Seigneur est une source de vie, *un moyen assuré* pour éviter la chute qui donne la mort.

28. La multitude du peuple est l'honneur du roi : mais le petit nombre des sujets est la honte du prince.

29. Celui qui est patient se gouverne avec une grande prudence : mais l'impatient signale sa folie.

30. La santé du cœur est la vie de la chair : *mais* l'envie est la pourriture des os.

19. Jacebunt mali ante bonos : et impii ante portas justorum.

20. Etiam proximo suo pauper odiosus erit : amici vero divitum multi.

21. Qui despicit proximum suum, peccat : qui autem miseretur pauperis, beatus erit.

Qui credit in Domino, misericordiam diligit.

22. Errant qui operantur malum : misericordia et veritas præparant bona.

23. In omni opere erit abundantia : ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

24. Corona sapientium, divitiæ eorum : fatuitas stultorum, imprudentia.

25. Liberat animas testis fidelis : et profert mendacia versipellis.

26. In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.

27. Timor Domini fons vitæ ut declinent a ruina mortis.

28. In multitudine populi dignitas regis : et in paucitate plebis ignominia principis.

29. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia : qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.

30. Vita carnium, sanitas cordis : putredo ossium, invidia.

21. *Qui credit in Domino.* Ce verset ne se trouve ni dans l'Hébreu, ni dans le Grec, ni dans les anciens manuscrits latins (Bible de Vence).

---

19. *Jacebunt.* In Hebr. est, *incurvati sunt*, שחו *seachu.* Sæpe accidit ut vel propter paupertatem, aut aliam hujusmodi causam necesse habeant mali se incurvare ante bonos, quod fratribus Josephi videmus accidisse. — *Ante portas justorum.* Scilicet expectabunt, ut humilis conditionis homines ante palatia et fores procerum.

20. *Proximo suo.* Propinquo, aut consanguineo.

21. *Beatus erit.* Apud Deum, qui vicissim miserebitur ejus, et misericordiam pauperi exhibitam large compensabit.

22. *Veritas.* Fidelitas, vel justitia. — *Præparant bona.* Bona conciliant.

23. *In omni opere erit abundantia.* Qui operationi et labori dediti sunt, illi divitiarum abundantiam parant; qui vero multum loquuntur, sed non æque multum operantur, ii ab egestate non emergunt.

24. *Corona.* Ornamentum, decus, quia illis sapientes bene utuntur, atque ita sibi decus parant; et quia divitiæ apud vulgus auctoritatem conciliant. — *Fatuitas stultorum, imprudentia.* In Hebræo est, *stultitia stultorum, stultitia;* quasi dicat : Nihil tandem aliud est quam stultitia et imprudentia, nec accessione divitiarum ornamentum et decus recipere potest.

25. *Liberat animas.* Sententia versiculi est : testis fidelis veracique suo testimonio liberat animas, id est, a periculo vitæ eripit : contra versipellis et dolosus testis profert mendacia, atque ita animas, hoc est, vitam innocentium in periculum adducit.

26. *In timore Domini.* Propter Dei timorem, quia justus Deum timet, et illius offensam cavet. — *Fiducia fortitudinis... erit.* Fiduciam habet justus fortitudinis obtinendæ, sperat se fortem Dei auxilio fore ad quævis agendia. — *Et filiis ejus erit spes.* Et filiis bona spes erit propter parentis pii et Deum timentis merita.

27. *Fons vitæ.* Causa vitæ, avertens a periculo mortis.

28. *In multitudine populi.* Significatur magnum principi decus accedere ex multitudine subditorum; minui vero illius existimationem, si ditio ejus infrequens sit.

29. *Exaltat.* Facit manifestam : nam quæ in sublime eriguntur omnibus conspicua redduntur.

30. *Vita carnium.* Sententia est, bonam valetudinem corporis ex animi tranquillitate multum pendere; invidiam vero ossa exedere, et quodammodo tabefacere.

Livor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit arcubus cruorem.

Ut est in carmine de invidia et livore, quod Virgilio tribuitur.

31. *a* Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus : honorat autem eum qui miseretur pauperis. [a *Infr.* 17. 5.]

32. In malitia sua expelletur impius : sperat autem justus in morte sua.

33. In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudiet.

34. Justitia elevat gentem : miseros autem facit populos peccatum.

35. Acceptus est regi minister intelligens : iracundiam ejus inutilis sustinebit.

31. Celui qui opprime le pauvre fait injure à celui qui l'a créé : mais celui qui en a compassion rend honneur à Dieu.

32. L'impie sera rejeté dans sa malice : le juste, au contraire, espère *trouver grâce* au jour de sa mort.

33. La sagesse repose dans le cœur de l'homme prudent; et il instruira *par elle* tous les ignorants.

34. La justice élève les nations, et le péché rend les peuples misérables.

35. Le ministre intelligent est aimé du roi; et celui qui est inutile ressentira sa colère.

CHAPITRE XV.

Douceur dans les paroles. Docilité aux corrections. Stabilité de la maison du juste. Le paresseux, l'insensé, l'impie opposés au juste, au sage et au diligent.

1. Responsio *a* mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem. [a *Infr.* 25. 15.]

2. Lingua sapientium ornat scientiam : os fatuorum ebullit stultitiam.

3. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos.

4. Lingua placabilis, lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum.

5. Stultus irridet disciplinam patris sui : qui autem custodit increpationes, astutior fiet.

In abundanti justitia virtus maxima est : cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

6. Domus justi plurima fortitudo : et in fructibus impii conturbatio.

7. Labia sapientium disseminabunt scientiam : cor stultorum dissimile erit.

8. *a* Victimæ impiorum abominabiles

1. La parole douce rompt *et apaise* la colère : la parole dure excite la fureur.

2. La langue des sages orne la science : *mais* la bouche des insensés se répand en folies.

3. Les yeux du Seigneur contemplent en tout lieu les bons et les méchants.

4. La langue pacifique est un arbre de vie : mais celle qui est immodérée brise l'esprit.

5. L'insensé se moque de la correction de son père : mais celui qui se rend au châtiment deviendra plus sage.

La justice abondante aura une grande vertu, mais les pensées des impies sécheront jusqu'à la racine.

6. Il y a une grande force dans la maison du juste; et il n'y a que trouble dans les fruits de l'impie.

7. Les lèvres du sage répandront la science, comme une semence. Il n'en est pas de même du cœur des insensés.

8. Les victimes des impies sont abominables

---

31. *Calumniatur.* Afficit injuria, aut contumelia, propterea quod egens sit, exprobrans paupertatem. — *Exprobrat factori ejus.* Quia quod *fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*, inquit Christus Dominus. Vel quia Deum damnare videtur cujus voluntate factum est ut ille esset pauper. — *Honorat... eum.* Quia beneficium, aut honor qui servo fit, redundat in dominum cujus respectu fit.

32. *Expelletur impius.* A spe æternæ salutis in morte depelletur, quia fere mors consentit anteactæ vitæ.

34. *Elevat gentem.* Exaltat et florere facit respublicas.

35. *Inutilis.* In Hebræo est, *confundens*, is scilicet qui ita se gerit ut domino suo sit pudori. — *Sustinebit.* Experietur.

Cap. XV. — 2. *Ornat scientiam.* Decus addit scientiæ; magnum enim est scientiæ ornamentum et decus, si quæ proferuntur non solum sint vera et solida, sed etiam eloquenter et ornate dicantur. — *Ebullit stultitiam.* Multa et imperite dicit.

4. *Placabilis.* Id est, placans, vel placida. — *Lignum vitæ.* Est veluti lignum vitæ, res mirimum salutaris et jucunda. Italice diceremus : *Dà la vita.* — *Conteret spiritum.* — Affligit et contristat spiritum et mentem audientium.

5. *Astutior.* Cautior et sapientior. — *Virtus.* Fortitudo et potentia; nam in græco est, ἰσχύς. — *Cogitationes autem impiorum.* Contra impii, qui se et cogitationes suas, hoc est, studia et consilia firmiter radicata putant, eradicabuntur et perdentur.

6. *Domus justi.* Eadem videtur esse sententia cum proxime superiori. — *In fructibus impii.* Fructus impii sunt il quos superior versiculus cogitationes dixit. — *Conturbatio.* Nulla firmitas, sed conturbatio et commotio ob multa infortunia quæ Deus in scelerum ultionem immittit.

7. *Disseminabunt scientiam.* Quam aliis non invident, sed libenter cum aliis communicant. — *Cor stultorum dissimile erit.* Non erit eodem modo dispositum, nec aliis erudiendis se prompte impendet.

8. *Abominabiles Domino.* Quamvis enim in se abominabiles non sint ut tamen ab impiis procedunt, eas abominabitur Dominus. — *Placabilia.* Deo grata, et vim habentia placandi Dominum.

devant le Seigneur : *mais* les vœux des justes lui sont *très*-agréables.

9. La voie de l'impie est en abomination devant le Seigneur : *mais* celui qui suit la justice est aimé de lui.

10. La doctrine est mauvaise à celui qui abandonne la voie de la vie; celui qui hait les réprimandes mourra.

11. L'enfer et la perdition sont à nu devant le Seigneur; combien *donc* plus les œuvres des enfants des hommes?

12. L'homme corrompu n'aime point celui qui le reprend; et il ne va point trouver les sages.

13. La joie du cœur se répand sur le visage; la tristesse de l'âme abat l'esprit.

14. Le cœur du sage cherche l'instruction; la bouche des insensés se repaît d'ignorance.

15. Tous les jours du pauvre sont mauvais, *mais* l'âme tranquille est comme un festin continuel :

16. Peu, avec la crainte de Dieu, vaut mieux que de grands trésors qui ne rassasient jamais.

17. Il vaut mieux *aussi* être invité avec affection à manger des herbes qu'à manger le veau gras lorsqu'on est haï.

18. L'homme colère excite des querelles : celui qui est patient apaise celles qui étaient déjà nées.

19. Le chemin du paresseux est comme une haie d'épines : *mais* la voie du juste n'a rien qui l'arrête.

20. L'enfant sage est la joie de son père; et l'homme insensé méprise sa mère.

21. La folie est la joie de l'insensé; mais l'homme prudent mesure tous ses pas.

Domino : vota justorum placabilia. [a *Infr.* 21. 27. *Eccli.* 34. 21.]

9. Abominatio est Domino via impii : qui sequitur justitiam, diligitur ab eo.

10. Doctrina mala deserenti viam vitæ : qui increpationes odit, morietur.

11. Infernus, et perditio coram Domino : quanto magis corda filiorum hominum?

12. Non amat pestilens eum, qui se corripit : nec ad sapientes graditur.

13. *a* Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus. [a *Infr.* 16. 24. et 17. 22.]

14. Cor sapientis quærit doctrinam : et os stultorum pascitur imperitia.

15. Omnes dies pauperis, mali : secura mens quasi juge convivium.

16. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.

17. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio.

18. Vir iracundus provocat rixas : qui patiens est, mitigat suscitatas.

19. Iter pigrorum quasi sepes spinarum : via justorum absque offendiculo.

20. Filius sapiens lætificat patrem, et stultus homo despicit matrem suam.

21. Stultitia gaudium stulto : et vir prudens dirigit gressus suos.

Cap. XV. — 10. *Doctrina* a ici le sens d'instruction, de correction. La seconde partie du verset est symétriquement opposée à la première.

11. *Infernus et perditio.* Chez les Hébreux, l'enfer désignait en général le lieu où descendaient après la mort toutes les âmes, même celles des justes qui attendaient le Rédempteur. Le mot *perditio* désigne ici le lieu où sont tourmentées et renfermées à jamais les âmes des méchants.

15. *Omnes dies pauperis.* D'après l'Hébreu : Tous les jours de l'homme qui est dans l'affliction sont mauvais, mais celui dont le cœur est content se trouve comme dans un festin continuel.

10. *Doctrina. Correptio*, sive *castigatio;* nam in hebræo est, מוּסָר *musar.* — *Mala.* Severa, gravis et dura. Vel, odiosa deserentibus viam. — *Deserenti viam.* Ex hebræo verti potest, *deserentibus viam;* iis qui a recto virtutis tramite recedunt. Italice diceremus : *Agli sviati.* — *Morietur.* Male peribit.

11. *Infernus, et perditio.* Hisce duabus vocibus significatur status mortuorum; nam cum hæc scriberet Salomon mortui omnes descendebant ad inferos, hoc est, vel ad æternas pœnas, vel in limbo futuri usque ad Christum. — *Coram Domino.* Oculis Domini patent, ita ut clare videat quid circa eos qui ibi detinentur agatur. * Quæ ab oculis nostris sunt maxime remota, ea Deo sunt conspicua. — *Quanto magis.* Quæ non ita sunt remota.

12. *Pestilens.* Malus : in Hebr. est, לֵץ *lets*, quam vocem aliquando derisorem, aliquando pestilentem vertit noster interpres. LXX etiam λοιμὸν, *pestilentem*, transferunt.

13. *Exhilarat faciem.* Nam hilaris animi notæ eminent in facie. — *Dejicitur spiritus.* Spiritus vitales intelligit, vel anhelitum; vel certe animi alacritatem, quæ in mœrentibus esse non solet.

14. *Pascitur imperitia.* Sua ignoratione, e qua emergere non curat, delectatur.

15. *Pauperis.* Vel egonum intelligit, vel miserum et afflictum.

16. *Melius est parum.* Tum quis ad præsentem vitam quiete transigendam utilius est, tum quia ad æternam obtinendam magis expedions. — *Insatiabiles.* In Hebr. est, *et tumultus in eo.* Sane magni tumultus cupiditatum in mente ejus qui pecuniis experi non potest. * Thesauri dicuntur insatiabiles, vel passive, quia nunquam dicunt, satis est; vel active, quia satiandi vim non habent.

19. *Quasi sepes spinarum.* Pigris enim omnia videntur spinis difficultatum obsepta et impedita.

20. *Filius sapiens.* Repetita hæc sententia ex c. 18, n. 1. — *Despicit matrem suam.* Nec ita se gerere curat ut illi afferat lætitiam.

21. *Stultitia.* Stultus gaudet rebus stultis. — *Dirigit.* Diligenter curat ut recti sint.

22. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium : ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.

23. Lætatur homo in sententia oris sui : et sermo opportunus est optimus.

24. Semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.

25. Domum superborum demolietur Dominus : et firmos faciet terminos viduæ.

26. Abominatio Domini cogitationes malæ : et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

27. Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam : qui autem odit munera, vivet.

a Per misericordiam et fidem purgantur peccata : per timorem autem Domini declinat omnis a malo. [a *Infr.* 16. 6.]

28. Mens justi meditatur obedientiam : os impiorum redundat malis.

29. Longe est Dominus ab impiis : et orationes justorum exaudiet.

30. Lux oculorum lætificat animam : fama bona impinguat ossa.

31. Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur.

22. Les bonnes pensées se dissipent où il n'y a point de conseil : mais où il y a plusieurs conseillers elles s'affermissent.

23. Chacun aime son sentiment quand il l'a dit : mais ce qu'on doit estimer est la parole dite à propos.

24. L'homme bien instruit voit au-dessus de lui le sentier de la vie qui lui fait éviter le profond *abîme* de l'enfer.

25. Le Seigneur détruira la maison des superbes; et il affermira l'héritage de la veuve.

26. Les pensées mauvaises sont en abomination au Seigneur : la parole pure lui sera très-agréable.

27. Celui qui cherche à satisfaire son avarice trouble sa maison; mais celui qui hait les présents vivra.

Les péchés se purifient par la miséricorde et par la foi; et tout homme évitera les maux *de l'enfer* par la crainte du Seigneur.

28. L'âme du juste médite l'obéissance : la bouche des impies se répand en toutes sortes de maux.

29. Le Seigneur est loin des impies; et il exaucera les prières des justes.

30. *Comme* la lumière des yeux est la joie de l'âme; ainsi la bonne réputation engraisse les os.

31. L'oreille qui écoute les réprimandes salutaires demeurera au milieu des sages.

28. *Mens justi.* D'après l'Hébreu : Le cœur du juste médite pour répondre; mais la bouche des méchants répand le mal. Cette interprétation s'accorde mieux avec ce qui suit.

30. *Impinguat ossa.* Rend le cœur content. Comme la lumière est agréable aux yeux, de même la bonne réputation réjouit l'esprit.

22. *Dissipantur.* Male cedunt et in irritum cadunt suscepta negotia, nisi prudenti consilio regantur.

23. *In sententia oris sui.* Cum scilicet animadvertit se sapienter et ad negotium, de quo agitur, bene dirigendum apposite locutum esse. Fructus itaque prudentis responsi est gaudium quo perfunditur illius auctor. * Vel τὸ *et* positum est pro *at*, sensuque erit : facile quilibet sibi placet in iis quæ dixit; sed illa vere bene dicta sunt quæ proprio in loco et opportune dicuntur.

24. *Semita vitæ super eruditum.* In hebræo est : *Semita vitæ ipsi intelligenti est ad superna, ut declinet ab inferno deorsum*, vel *ab inferno imo.* Sententia est : semita vitæ perducit ipsum intelligentem, vel prudentem sursum, vel ad superna, ut declinet ab inferno, qui in imo et deorsum est. * Vel homo sapiens in omnibus actionibus suis Deum respicit, ut ab extremo exitio liberetur.

25. *Superborum.* Qui in pauperes et viduas injurii sunt et violenti.— *Terminos viduæ.* Terminos agri viduæ, quos convellere tentabat superbus.

26. *Cogitationes malæ.* LXX, *cogitatio injusta*, quæ scilicet alteri malum machinatur. — *Purus sermo.* Sincerus, candidus, et fraude carens, quem Dominus pulcherrimum putat, firmatur a Domino, qui tribuit ut successum bonum et stabilem sortiatur.

27. *Conturbat domum suam.* Quia multas domi suæ contentiones et rixas excitat. Vel certe quia divinam iram in se provocat, qua domus conturbatur, id est, evertitur. — *Qui autem odit munera.* Expers avaritiæ. — *Per misericordiam et fidem.* Verti potest, *misericordia et veritate*, ut habetur cap. sequenti, num. 6, ubi hic versiculus repetitur; et sententia est : divinæ legis observatione admissa peccata expiari. Porro misericordia et veritas omnium Dei mandatorum observationem significari, ex illo Psalmi 24, 10, probari posse videatur : *Universæ viæ Domini, misericordia et veritas.*

28. *Meditatur obedientiam.* In Hebr. est לְעֲנוֹת *lahanoth*, quod aliqui vertunt, *ad respondendum;* alii, *obedientiam;* alii, *sapientiam;* alii, *fidem;* secundum quas versiones sensus videtur esse, justum non temere loqui, sed sapienter, fideliter, et responsione prius in animo suo præmeditata. Vulgatæ nostræ sententia esse videtur, justum ab aliquo monetur, et cum aliquid præcipitur, obedientiam meditari, et ad justa capessenda se præparare; contra vero os impii malis redundare, quia monentibus aut jubentibus obmurmurat et resistit.

29. *Longe est Dominus ab impiis.* Qui adhærent impietati.

30. *Lux oculorum lætificat animam.* Ut patet cum post tenebras lux redditur. — *Fama bona.* Sic fama bona, quam quis de se spargi intelligit, magnam affert voluptatem.

31. *Quæ audit.* Quæ libenter admittit. — *Increpationes vitæ.* Increpationes salutares, vitam afferentes. — *In medio sapientium commorabitur.* Vel ut sapientes monentes audiat, vel quia jam inter sapientes censebitur.

32. Celui qui rejette la correction méprise son âme : mais celui qui se rend aux réprimandes possède son cœur.
33. La crainte du Seigneur est ce qui apprend la sagesse; et l'humilité précède la gloire.

32. Qui abjicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.
33. Timor Domini, disciplina sapientiæ : et gloriam præcedit humilitas.

CHAPITRE XVI.

Dieu conduit la langue de l'homme et dirige ses pas. Il a tout fait pour lui-même. Prudence, justice, colère et clémence des rois. Maux que cause l'orgueil. De l'indigence, de la patience, de la force et du hasard.

1. C'est à l'homme à préparer son âme; et au Seigneur à gouverner sa langue.
2. Toutes les voies de l'homme sont exposées à ses yeux; mais le Seigneur pèse les esprits.
3. Exposez vos œuvres au Seigneur, et il fera réussir vos pensées.
4. Le Seigneur a tout fait pour lui, et le méchant même, pour le *faire servir à sa gloire au* jour mauvais.
5. Tout homme insolent est en abomination au Seigneur; et lors même qu'il a les mains l'une dans l'autre, il n'est point innocent.

1. Hominis est animam præparare : et Domini gubernare linguam.
2. *a* Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spiritium pondérator est Dominus. [a *Infr.* 20. 24. et 21. 3.]
3. Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.
4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus : impium quoque ad diem malum.
5. Abominatio Domini est omnis arrogans : etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens.

CAP. XVI. — 1. *Hominis est animam præparare.* Cette maxime présente, en d'autres termes, dans le même sens que celle qu'on lit plus loin au verset 9. L'homme médite, prépare son discours, mais quand il s'agit de parler, il se trouble et ses pensées lui échappent si Dieu ne le soutient et ne l'inspire.

4. *Impium quoque ad diem malum.* Dieu fait servir à sa gloire le méchant lui-même par un juste, mais mystérieux jugement. C'est ainsi qu'il dit à Pharaon : *Posui te ut ostendam in te fortitudinem meam et narretur nomen meum in terra* (Ex., IX, 16; Cf. Rom., IX, 7).

5. *Non est innocens.* Même quand il semble ne pas agir, il n'est pas irréprehensible, parce

32. *Despicit animam suam.* Despicit seipsum, cum non curet seipsum perficere, et probatis moribus ornare. — *Possessor est cordis.* Cor habet, cordatus est.

Disciplina sapientiæ. Id est, timor Domini est salutaris quædam castigatio, quam sapientia sequitur. — *Et gloriam.* Gloriam et decus, et quod ex emendatis moribus nascitur, præcidit humilitas, qua monitiones libenter admittuntur.

CAP. XVI. — 1. *Hominis est animam præparare.* In Hebr., est *homini sunt dispositiones cordis, et a Domino est responsio linguæ.* Significat autem sapiens hominem quidem apud se posse cogitare, et frequentor disponere quid sit locuturus et responsurus; at citra Dei auxilium quod disposuit non bene elocuturum : non quod cor disponere et parare possit ad loquendum sine Dei gratia, sed quod etiam hoc ipsum quod cum Dei gratia loqui disposuit, eloqui bene non valeat sine nova et peculiari Dei gratia, quæ linguam moderatur et gubernet; ita explicat Jansenius. Credideris tamen etiam hunc sensum esse posse : homines nonnunquam cum animo suo constituere aliquid dicere, sed cum in eo sunt ut dicant, Deum repente illorum mentem et linguam mutare, ut aliud longe diversum proloquantur quam voluerant. Sic Balaam decreverat Israelitis maledicere; sed cum jam esset maledicturus, linguam ejus in benedictiones convertit Dominus. Num., 23. Vel sententia est : non sibi desit homo, et quid dicturus sit præmeditetur; Deus vero quod in se est agendi non deerit, et linguam ejus moderabitur. Vel hominis est animum et pectus ad pugnam præparare, et seipsum confirmare (quod tamen hoc ipsum fit auxilio peculiari divinæ gratiæ); quid vero respondendum sit principibus, aut tyrannis, Dei munus erit suggerere, juxta Christi dictum apud S. Lucam, cap. 21, 14 : « Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis : ego enim » dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii » vestri; » quasi dicat : Ipse hoc faciet.

2. *Omnes viæ hominis patent oculis ejus.* In hebræo est, *omnes viæ viri mundæ in oculis suis*, et sensus esse potest : licet homines putent omnes actiones suas puras esse, et labis expertes, frequenter tamen oculi Domini, qui interiora perscrutantur, spiritum ipsum et intentiones rimantur, aliud judicant. Ad hunc autem sensum trahi potest editio Vulgata; nam quemadmodum in Scripturis ea quæ non probantur aliosi dicuntur ab illo non videri, non agnosci; ita *patere* accipi potest pro probari et pulchrum bonumque existimari. Huic sententiæ alia plane genuina, et foro eadem, habetur infra, c. 21, n. 2. Aliqui illud, *in oculis ejus*, referunt ad Deum, cujus oculis omnia patent.

3. *Revela Domino.* Scilicet opera a Deo postulans, et illi opera commendans. In hebræo est *volve ad Dominum*, quod indicare videtur omnia in Dei. Laudem esse referonda. — *Dirigentur.* Prosperum successum sortiantur. Idem monet sapiens quod Tobias, c. 4, n. 20 : *Pete ab eo ut viæ tuæ dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.* Sic David psalm., 36, 5 : *Revela Domino viam tuam, et spera in eo et ipse faciet.*

4. *Propter semetipsum.* Propter gloriam suam, et propter seipsum tanquam ultimum finem. — *Impium quoque ad diem malum.* Impium quoque qui impietatem non deserit, reservat ad diem malum in gloriam suam, quia pœna scelestis inflicta divinam ostendit justitiam.

5. *Etiamsi manus.* Etiamsi multos habeat simul conspirantes, et se juvantes, non erit im-

Initium viæ bonæ, facere justitiam : accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias.
6. *a* Misericordia et veritate redimitur iniquitas : et in timore Domini declinatur a malo. [a *Supr.* 15. 27.]
7. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.
8. Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate.
9. *a* Cor hominis disponit viam suam : sed Domini est dirigere gressus ejus. [a *Supr.* v. 1.]
10. Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.
11. Pondus et statera judicia Domini sunt : et opera ejus omnes lapides sacculi.
12. Abominabiles regi qui agunt impie : quoniam justitia firmatur solium.
13. Voluntas regum labia justa : qui recta loquitur, diligetur.
14. Indignatio regis, nuntii mortis : et vir sapiens placabit eam.
15. In hilaritate vultus regis, vita : et clementia ejus quasi imber serotinus.
16. Posside sapientiam, quia auro melior est : et acquire prudentiam, quia pretiosor est argento.
17. Semita justorum declinat mala : custos animæ suæ servat viam suam.

Le commencement de la bonne voie est de faire la justice; et elle est plus agréable à Dieu que l'immolation des hosties.
6. L'iniquité se rachète par la miséricorde et par la vérité; mais on évite le mal par la crainte du Seigneur.
7. Lorsque Dieu agréera les voies de l'homme, il réduira ses ennemis mêmes à la paix.
8. Peu avec la justice vaut mieux que de grands biens avec l'iniquité.
9. Le cœur de l'homme prépare sa voie; mais c'est au Seigneur à conduire ses pas.
10. Les lèvres du roi sont comme un oracle; sa bouche ne se trompera point dans les jugements.
11. Les jugements du Seigneur sont pesés à la balance; et toutes ses œuvres sont les pierres du sac.
12. Ceux qui agissent injustement sont abominables au roi, parce que la justice est l'affermissement du trône.
13. Les lèvres justes sont les délices des rois; *et* celui qui parle dans l'équité sera aimé *d'eux.*
14. La colère du roi est un avant-coureur de mort : mais l'homme sage l'apaisera.
15. Le regard favorable du roi donne la vie; et sa clémence est comme les pluies de l'arrière-saison.
16. Possédez la sagesse, parce qu'elle est meilleure que l'or, et acquérez la prudence, parce qu'elle est plus précieuse que l'argent.
17. Le sentier des justes s'écarte des maux; et celui qui garde son âme se tient dans sa voie.

que ses pensées sont mauvaises et qu'il a le cœur gâté et corrompu. — *Initium viæ.* Ce verset se trouve dans les Septante, mais il n'est pas dans l'Hébreu.

10. *Non errabit os ejus.* L'Hébreu peut ainsi se traduire : Les lèvres du roi sont comme un oracle que tous ses sujets doivent respecter; que sa bouche ne prévarique donc point dans les jugements qu'elle prononcera.

punitus. Vide dicta supra, c. 11, n. 21, ubi eadem fere sententia. — *Initium.* Græce, est, ἀρχή, quod optime vertas *præcipuum, summa*, ut significetur viam bonam penitus consistere in faciendo quæ justa sunt; nam facere justitiam non tantum est initium vitæ bonæ, sed etiam ejus consummatio. — *Accepta.* Via bona, et justitia.

6. *Misericordia et veritate.* Explicatum est hoc c. superiori, n. 27.

7. *Cum placuerint Domino.* Docet Deum hoc agere ut viris bonis omnes sint pacati, etiam ii qui prius adversabantur. Exemplum habemus in Josepho et fratribus.

8. *Melius est parum.* Hoc est quod habemus in Psal. 36, 16 : *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.*

9. *Cor hominis.* Hoc est quod vulgo dici solet : Homo proponit, et Deus disponit. Multi apud se statuunt quod vitæ genus sectari velint; sed Deus ita res disponit ut longe diversus exitus sequatur. Paulus Christi discipulos captivos ducere cogitabat; sed ipse a Christo magno suo bono captus est.

10. *Divinatio in labiis regis.* Docet sapiens peculiari cura Deum adesse principibus, ut rectam pronuntient sententiam, et in rebus ambiguis et obscuris quasi divinent, nec aberrent. Patuit hoc in judicio Salomonis inter duas meretrices. Vel sensus est, accipienda esse dicta et jussa principum tanquam oracula divina, cum locum Dei teneant, illisque parendum.

11. *Pondus et statera.* Deus omnia facit cum summa justitia et æquitate, ac si omnia opera sua ad subtilissimum auriflcis bilancis examen vocaret. — *Omnes lapides sacculi.* Est repetitio præcedentis hemistichii, et alludit ad veterum ritum, qui lapillis utebantur ad pondera examinanda, eosque in sacculo repositos habebant apud se. Hebræa ad verbum habent, *pondus statera judicii* (hoc est, statera justa) *sunt Domini; et opus ejus omnes lapides sacculi :* et significatur hæc esse a Deo instituta, ne justitia violetur iniquis ponderibus.

12. *Firmatur solium.* Regna stabiliuntur.

13. *Voluntas regum.* Id est, placent regibus.

14. *Nuntii mortis.* Qui enim sibi iratum vident regem, mortem metuunt, quasi extremum judicium illis esset indictum.

15. *In hilaritate.* Ut indignatio regis mortem pronuntiat; sic hilaritas vitam affert, et animum bona spe complet. — *Imber serotinus.* Diu expectatus, idcoque gratissimus.

17. *Custos animæ suæ.* Qui cordi est servare animam suam, id est, seipsum; servat viam suam, attente examinando actiones suas, ne quid peccet.

18. L'orgueil précède la ruine de l'âme; et l'esprit s'élève avant la chute.
19. *Et ainsi* il vaut mieux être humilié avec les humbles, que de partager les dépouilles avec les superbes.
20. Celui qui est habile dans les choses qu'il entreprend y réussira; et celui qui espère au Seigneur sera heureux.
21. Celui qui a la sagesse dans le cœur sera appelé prudent; mais celui qui est doux dans ses paroles, recevra de plus grandes *louanges*.
22. *Car* l'intelligence de celui qui possède ce qu'il sait est une source de vie : la science des insensés est une folie.
23. Le cœur du sage instruira sa bouche, et il répandra une nouvelle grâce sur ses lèvres.
24. Le discours agréable est *comme* un rayon de miel : *il est en même temps* la douceur de l'âme *et* la santé des os.
25. Il y a une vie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.
26. L'âme de celui qui travaille, travaille pour sa propre vie, parce que sa bouche l'y a contraint.
27. Le méchant creuse pour trouver le mal; et il a sur les lèvres un feu brûlant.
28. L'homme corrompu excite des querelles; et le grand parleur divise les princes.
29. L'homme injuste attire son ami par ses flatteries, et il le conduit par une voie qui n'est pas bonne.
30. Celui qui pense à de noirs desseins avec un œil fixe, exécute le mal en se mordant les lèvres.

18. Contritionem præcedit superbia : et ante ruinam exaltatur spiritus.
19. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.
20. Eruditus in verbo reperiet bona : et qui sperat in Domino, beatus est.
21. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.
22. Fons vitæ, eruditio possidentis : doctrina stultorum, fatuitas.
23. Cor sapientis erudiet os ejus : et labiis ejus addet gratiam.
24. *a* Favus mellis, composita verba : dulcedo animæ, sanitas ossium. [a *Supr.* 15. 13. *Infr.* 17. 22.]
25. Est via quæ videtur homini recta : et novissima ejus ducunt ad mortem.
26. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum;
27. Vir impius fodit malum, et in labiis ejus ignis ardescit.
28. Homo perversus suscitat lites; et verbosus separat principes.
29. Vir iniquus lactat amicum suum; et ducit eum per viam non bonam.
30. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.

24. *Composita verba.* Des paroles douces et modérées sont tout à la fois un repos et un agrément pour l'esprit, et une source de bien-être et de santé pour le corps. Car le bien qu'elles font s'empare de tout notre être et y produit les plus heureuses impressions.

27. *Vir impius fodit.* Il creuse dans la conduite des autres pour y découvrir quelque chose de mauvais. Sa langue devient un feu dévorant qui allume partout les dissensions et les haines (Cf. Jac., III, 6).

---

18. *Contritionem præcedit superbia.* Superbia est causa ruinæ; quod idem altera hemistichii parte, de more, repetitur.

19. *Dividere spolia.* Divitiis abundare.

20. *In verbo.* In re de qua agitur; in negotio quod est præ manibus.

21. *Appellabitur prudens.* Qui sapiens est, vocabitur ille quidem prudens et cordatus, et hoc nomine magnifiet, sed multo pluris ille qui præter sapientiam nactus etiam fuerit eloquentiam. * In Hebræo est, *dulcedo labiorum addet doctrinam.* Id est, doctrinam faciet pretiosiorem, et pondus ei abjiciet. Euripides in Hecuba : Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην : *Suada vero, quæ tyrannis est in hominibus.*

22. *Fons vitæ.* Causa vitæ, id est, multorum bonorum. — *Eruditio possidentis.* Eam scilicet eruditionem. In græco, τοῖς κεκτημένοις, *possidentibus.* — *Doctrina stultorum, fatuitas.* Quæcumque dicunt, aut docent stulti, sunt mera fatuitas.

23. *Cor sapientis.* Quasi dicat : Ex interiori sapientia procedunt verba cordata.

24. *Dulcedo animæ.* Hoc est, verba composita sunt dulcia animæ, et salubria corpori, nam quæ animum recreant etiam corpori prosunt.

25. *Est via.* Hanc sententiam explicavimus supra, c. 14, n. 12.

26. *Laborat sibi.* Ut sibi paret quæ ad vitam sunt necessaria et opportuna. * In Hebræo est, *anima quæ molestiam exhibet, molestiam sibi ipsi creat* : sensus est, os qui aliis molestiam inferunt, molestia carere non posse, quæ vicissim a vexatis ipsis exhibetur. — *Compulit eum os suum.* Quia necessitate et fame urgetur. * In Hebræo est, *incurravit contra se os suum*, in suum damnum et dedecus os suum aperuit.

27. *Fodit malum.* Multo labore quærit, et quasi abditum in lucem profert. In Hebræo est, חרש *choreh*, quod etiam vertere possis, *emit*, et respondet italicæ phrasi, qua diceremus : *Il tristo compra il male a denari contanti.* — *Ignis ardescit.* Quia discordias, rixas, jurgia et seditiones suscitat, ut patet ex sequenti versiculo.

28. *Verbosus.* Susurro, et discordiarum sator. Italice, *la mala lingua.*

29. *Lactat.* Allicit, et in fraudem trahit. *Lacto* est frequentativum verbi *lacio*, a quo composita *allicio*, *illicio*, etc.

30. *Qui attonitis oculis.* Animo totus in mali cogitatione defixus. — *Mordens, labia sua.* Ut faciunt vehementer irati. — *Perficit malum.* In malum opus, quod volvit animo, erumpit.

31. Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur.
32. Melior est patiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.
33. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.

31. La vieillesse est une couronne d'honneur, lorsqu'elle se trouve dans la voie de la justice.
32. L'homme patient vaut mieux que le courageux; et celui qui est maître de son esprit vaut mieux que celui qui force les villes.
33. Les billets du sort se jettent dans un pan de la robe : mais c'est le Seigneur qui en dispose.

CHAPITRE XVII.

Dieu éprouve les cœurs. Ne pas mépriser le pauvre. Des faux rapports et des jugements injustes. De l'amitié. Utilité du silence.

1. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.
2. *a* Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet. [a *Eccli.* 10. 28.]
3. Sicut igne probatur argentum et aurum camino; ita corda probat Dominus.
4. Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.
5. *a* Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus; et qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. [a *Supr.* 14. 31.]
6. Corona senum filii filiorum; et gloria filiorum patres eorum.
7. Non decent stultum verba composita; nec principem labium mentiens.

1. Un peu de pain sec, avec de la joie, vaut mieux qu'une maison pleine de victimes, avec des querelles.
2. Le serviteur sage dominera les enfants insensés; et il partagera l'héritage entre les frères.
3. Comme l'argent s'éprouve par le feu, et l'or dans le creuset; ainsi le Seigneur éprouve les cœurs.
4. Le méchant obéit à la langue injuste; et le trompeur écoute les lèvres menteuses.
5. L'homme qui méprise le pauvre fait injure à celui qui l'a créé; et celui qui se réjouit de la ruine des autres ne demeurera point impuni.
6. Les enfants des enfants sont la couronne des vieillards : et les pères sont la gloire des enfants.
7. Les paroles graves ne conviennent pas à un insensé; et la langue menteuse sied mal à un prince.

33. *Sortes mittuntur.* C'est cette pensée qui engageait souvent les Juifs à recourir au sort dans le cas d'un litige. Dieu les a souvent autorisés à le consulter de cette manière, comme on le voit dans l'élection de Saül, de l'apôtre saint Matthias et dans une foule d'autres circonstances.

Cap. XVII. — 4. *Malus obedit.* Obedit est ici mis pour *auscultat.* L'Hébreu porte : Le méchant se rend attentif aux lèvres injustes; et le trompeur prête l'oreille à la langue maligne. Chacun écoute ses mauvais penchants; le méchant est trompé par le méchant; un fourbe trouve toujours un plus fourbe que lui dont il est dupe.

---

31. *Corona dignitatis senectus.* Hebr. *diadema gloriæ canities.* — *Quæ in viis justitiæ reperietur.* Non quælibet, sed quæ sapiens est et sancta.

32. *Melior est patiens.* Magis eminet fortitudo in patiendo et tolerando adversa et dura, quam in aggrediendis arduis. — *Et qui dominatur animo suo.* Vere poeta Ovidius :

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
Mœnia. * *nec virtus altius ire potest.*

33. *Sortes mittuntur in sinum.* Docet in rebus humanis nihil geri sine nutu et dispensatione divina, ut ne sortes quidem, quæ cæcæ fortunæ tribui solent ab hominibus, divinæ moderationis exsortes sint.

Cap. XVII. — 1. *Victimis.* Id est, copia ciborum. Vide dicta c. 6, n. 2.

2. *Filiis.* Domini sui bonorum hæredibus. — *Dividet.* Tanquam moderator a patre relictus. Talis erat Joseph, qui in modo Putipharis et deinde in regia Pharaonis omnia moderabatur. Posset etiam sensus esse, servum sapientem dividere hæreditatem cum filiis patrisfamilias, relictam sibi ob bene merita, portionem accipiendo.

3. *Corda probat Dominus.* Per tribulationes; sic tentasse Abraham dicitur Dominus; sic Job, Tobiam, Josephum et alios sanctos multis permisit malis conflictari.

4. *Obedit.* In Hebr. est, *audit*, et significari videtur unumquemque iis rebus capi et delectari quæ ejus conveniunt ingenio. Itaque mali malis, mendaces mendaciibus facile sociantur. — *Obtemperat.* In Hebr. *auscultat, audit.*

5. *Qui despicit pauperem.* Explicatum est hoc c. 14, n. 31. — *Non erit impunitus.* Exemplum habemus in Semei insultante regi David; cum fugeret filium Absalom, III. Reg. c. 2, n. 44 et sequentibus.

6. *Corona.* Decus, gloria, ornamentum senum sunt nepotes, per quos securiores fiunt de posteritate, et per quos ipsi etiam cum mortui fuerint quodammodo superstites sunt. — *Gloria filiorum patres eorum.* Quia eorum nobilitas et virtus ornat filios.

7. *Non decent stultum verba composita.* Non decet imperitum de rebus gravibus quæ captum et statum illius superant disputare. In Hebr. est, *non decorum stulto labium dignitatis*, vel *labium excellentiæ.* — *Nec principem labium mentiens.* Plurimum enim dedecet si princeps mentiatur, nec quæ promittit effecta det.

8. L'attente de celui qui attend est une perle très-belle. De quelque côté qu'il se tourne, il agira avec intelligence et avec prudence.

9. Celui qui cache les fautes *des autres* gagne l'amitié *de tout le monde* : celui qui fait des rapports sépare ceux qui étaient unis.

10. Une réprimande sert plus à un homme prudent que cent coups à l'insensé.

11. Le méchant cherche toujours des querelles : l'ange cruel sera envoyé contre lui.

12. Il vaudrait mieux rencontrer une ourse à qui l'on a ravi ses petits qu'un insensé qui se fie en sa folie.

13. Le malheur ne sortira jamais de la maison de celui qui rend le mal pour le bien.

14. Celui qui commence une querelle est comme celui qui donne une ouverture à l'eau ; et il abandonne la justice avant même qu'il ait souffert quelque injure.

15. Celui qui justifie l'injuste, et celui qui condamne le juste sont tous deux abominables devant Dieu.

16. Que sert à l'insensé d'avoir de grands biens, puisqu'il ne peut pas en acheter la sagesse ?

Celui qui élève sa maison bien haut en

8. Gemma gratissima, expectatio præstolantis ; quocumque se vertit, prudenter intelligit.

9. Qui celat delictum, quærit amicitias ; qui altero sermone repetit, separat fœderatos.

10. Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.

11. Semper jurgia quærit malus ; angelus autem crudelis mittetur contra eum.

12. Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.

13. *a* Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. [a *Rom.* 12. 17. *I. Thess.* 5. 15. *I. Petr.* 3. 9.]

14. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum ; et antequam patiatur contumeliam, judicium deseritur.

15. *a* Qui justificat impium, et qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum. [a *Isa.* 5. 23.]

16. Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit ?

Qui altam facit domum suam, quærit

11. *Angelus autem crudelis.* Cet ange s'entend de l'un des mauvais anges, ministres des vengeances du Seigneur ou du châtiment que Dieu envoie.

16. *Qui altam facit domum suam.* Ce verset n'est pas dans l'Hébreu, mais dans les Septante. On le retrouve d'ailleurs, quant au sens, en partie au verset 19.

8. *Gemma gratissima.* Significatur rem esse gratissimam si qui diu aliquid expectavit et optavit cum illud consequitur. — *Quocumque se vertit.* Quocumque se vertit is qui aliquid expectat et consequi optat, prudenter agit, caute et circumspecte, ne concepta spe forte excidat.

9. *Quærit amicitias.* Vel novas quærit amicitias, vel confirmat antiquas. — *Altero sermone.* Vel quæ dicta sunt aperiens, vel etiam aliter quam dicta sunt repetens, addens aliquid et affingens, aut detrahens. — *Separat fœderatos.* Amicum ab amico diducit.

* 10. *Plus proficit.* In Hebræo est, *descendit*, id est, in animum penetrat. Sapienti simplex monitum, et semel dictum, sufficit.

11. *Semper jurgia quærit malus.* Qui perverso et maligno est animo semper delectatur rixis, contentionibus et jurgiis. — *Angelus... crudelis mittetur contra eum.* Variis afflietur malis in ipsum incurrentibus, quorum malorum conciliatores sunt mali angeli : ita Psal. 77, 49 : *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem, immissiones per angelos malos.* Vel sententia est : in aliquem cerebrosum et ferum incidet aliquando a quo male accipietur. Italice dicimus : *Troverà qualche cattivo incontro ;* qui dicendi modus valde bene videtur rem exprimere.

12. *Raptis fœtibus.* Tunc enim maxime sævit. — *Confidenti in stultitia sua.* Qui enim sunt hujusmodi, monitionibus non cedunt, nec ullis vi domari possunt, cum tamen ursi, et, ut ait S. Jacobus, c. 3, n. 7 : *Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et cæterorum domatur, et domita sunt a natura humana.*

13. *Reddit mala pro bonis.* Ut faciunt qui ingrati animi vitio laborant. — *Non recedet malum de domo ejus.* In ipsum et in familiam ejus permittet Deus mala et infortunia incurrere. Ita enim frequenter accidit, vel certe ut accidat moneatur.

14. *Qui dimittit aquam.* Sententia est : quemadmodum qui dimittit aquam exiguum illi foramen aperiens, magnæ inundationi causam dat ; nam sibi aqua paulatim ampliorem aditum aperit, et ingenti damno segetes aternit et arbores, etc. : ita qui caput est jurgiorum, id est, initium jurgandi facit, nam exigua illa scintilla in magnum excrescit contentionum et contimeliarum incendium. — *Antequam patiatur contumeliam.* Significatur ideo talem incidere in contumeliam, quia ipse prior deseruit æquitatem. Vel si nomine judicii significetur causa forensis quæ coram judice tractatur (dictio enim hebraica רִיב *rib*, item significat), sensus esse potest : quoniam auctor litis et caput jurgii similis est laxanti aquam, ideo si recto et consulto vult agere antequam in gravem aliquam incidat ignominiam, deserit (si sapit) ceptam causam coram judice, juxta illud Matth., 5, 35 : *Esto consentiens adversario tuo cito dum est in via cum eo : ne forte tradat te adversarius judicii, et judex tradat te ministro : et in carcerem mittaris.* In Hebr. est, *antequam miscentur lis, dimittet.*

15. *Qui justificat impium.* Qui impium pronuntiat esse justum.

16. *Qui altam facit domum.* Videtur mediocritatem suadere in parandis doctrinis, de quibus diversa. Nec enim sublimia et quæ supra nos sunt scrutari debemus, ne ruamus dum nimis nos attollimus. Nec rursus eos imitari debemus, qui doctrinam aversantur, qui propter imperitiam suam multis patent incommodis.

ruinam ; et qui evitat discere, incidet in mala.

17. Omni tempore diligit qui amicus est ; et frater in angustiis comprobatur.

18. Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo.

19. Qui meditatur discordias, diligit rixas ; et qui exaltat ostium, quærit ruinam.

20. Qui perversi cordis est, non inveniet bonum ; et qui vertit linguam, incidet in malum.

21. Natus est stultus in ignominiam suam : sed nec pater in fatuo lætabitur.

22. *a* Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa. [a *Supr.* 15. 13. et 16. 24.]

23. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii.

24. *a* In facie prudentis lucet sapientia ; oculi stultorum in finibus terræ. [a *Eccles.* 2. 14. et 8. 1.]

25. Ira patris, filius stultus ; et dolor matris quæ genuit eum.

26. Non est bonum, damnum inferre justo : nec percutere principem, qui recta judicat.

27. *a* Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est ; et pretiosi spiritus vir eruditus. [a *Jac.* 1. 19.]

28. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur ; et si compresserit labia sua, intelligens.

cherche la ruine ; et celui qui évite d'apprendre, tombera dans les maux *que son ignorance lui attirera.*

17. Celui qui est ami aime en tout temps : et le frère se connaît dans l'affliction.

18. L'insensé frappera des mains *et s'applaudira* après qu'il aura répondu pour son ami.

19. Celui qui médite des dissensions, aime les querelles ; et celui qui élève son portail, cherche sa ruine.

20. Celui dont le cœur est corrompu ne trouvera point le bien ; et celui qui a la langue double tombera dans le mal.

21. L'insensé est né pour sa honte : il ne donnera point de joie à son propre père.

22. La joie de l'esprit rend le corps plein de vigueur : la tristesse du cœur dessèche les os.

23. Le méchant *juge* reçoit des présents en secret pour pervertir les sentiers de la justice.

24. La sagesse reluit sur le visage de l'homme prudent ; et l'insensé a toujours les yeux égarés.

25. L'enfant insensé est l'indignation du père et la douleur de la mère qui l'a mis au monde.

26. Il n'est pas bon de faire tort au juste, ni de frapper le prince qui juge selon la justice.

27. Celui qui est modéré dans ses discours est docte et prudent ; et l'homme savant ménage la pensée de son esprit comme une chose précieuse.

28. L'insensé même passe pour sage lorsqu'il se tait, et pour intelligent lorsqu'il tient sa bouche fermée.

26. *Nec percutere principem.* D'après l'Hébreu : Il n'est pas bon de faire tort au juste, même lorsque le prince s'éloigne de la droiture.

17. *Omni tempore.* Tam prosporo quam adverso. — *In angustiis.* In necessitatibus ; nam, ut ait Ecclesiasticus, capite 6, 8 : *Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.*

18. *Plaudet manibus.* Gaudebit, sibi placebit. — *Spoponderit.* Fidejusserit.

19. *Qui meditatur discordias.* Qui eo est ingenio, ut ab aliis dissentiat, et ab eorum sententiis et voluntate se abducat, hic amat rixas quæ ex hac agendi ratione facile existunt. — *Et qui exaltat ostium.* Idem esse videtur quod dictum est num. 16, qui altam facit domum ; qui scilicet superbe de se sentit, et de rebus suis, et de sua prudentia et doctrina, propter quæ proclivis fit ad contradicendum aliis et rixandum, ille ruinam quærit, quia sibi incommodum aliquod, aut etiam exitium parat et accersit.

20. *Qui perversi cordis est.* Qui prave et maligno est corde. — *Non inveniet bonum.* Imo incidet in malum. — *Qui vertit linguam.* Qui perverse etiam et linguæ, incidet in malum.

21. *Natus est stultus.* Natum esse stulto cedit in ignominiam, quia quæ agit et loquitur eum dehonestant. — *Lætabitur.* Imo dolebit sibi talem filium contigisse.

22. *Animus gaudens.* Hoc est quod supra, c. 15, n. 13, dixit : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi deficitur spiritus.* — *Ætatem floridam.* Mœror enim et curæ intempestivos canos inducunt. — *Spiritus tristis.* Animus mœrens.

23. *Munera de sinu impius accipit.* Vel accipit de sinu, id est, clam, et secreto a litigantibus. Vel ipse accipit de sinu suo, ut det judici ad justitiam corrumpendam.

24. *In facie prudentis lucet sapientia.* Nullæ enim in ea eminent in fronte aut oculis perturbationum notæ, sed oculi modeste graves, et tota facies composita est. — *In finibus terræ.* Quasi dicat : Contra vero vagi sunt stultorum oculi, quos perpetuo huc illuequæ circumferunt.

25. *Ira patris.* Dolent enim et irascuntur parentes cum filios aut disciplinarum incapaces animadvertunt, aut adeo corruptis moribus ut ad bonam frugem eos revocare non possint.

26. *Percutere principem.* Lingua impetere et lacerare. LXX habent, *neque fas insidiari principibus justis.*

27. *Pretiosi spiritus vir eruditus.* Ille est pretiosi spiritus, qui parce loquitur, spiritum et verba sua copiose non deprimens, ut fit in rebus pretiosis ; qui, quæ tacenda sunt, aut secreta habenda, temere non effutit. LXX habent, *longanimis autem vir prudens.* Ille autem longanimis est, qui non statim prosilit ad loquendum, reprehendendum, aut puniendum, sed in tempus opportunius vindictam differt.

28. *Sapiens reputabitur.* Ejus enim stultitia non apparebit, quæ sermone potissimum proditur. — *Intelligens.* Scilicet reputabitur.

CHAPITRE XVIII.

De l'ami infidèle. Du paresseux et du dissipateur. De la confiance du juste et de celle du riche. Suites de l'orgueil et de l'humiliation. Des fruits de la langue. De la bonne et de la mauvaise femme. De l'homme sociable.

1. Celui qui veut quitter son ami en cherche les occasions; mais il sera couvert d'opprobre en tout temps.

2. L'insensé ne reçoit point les paroles de prudence *qu'on lui dit;* si vous ne lui parlez selon ce qu'il a dans le cœur.

3. Lorsque le méchant est venu au plus profond *abîme* des péchés, il méprise *tout :* mais l'ignominie et l'opprobre le suivent.

4. Les paroles *sages* sortent de la bouche de l'homme *juste*, comme une eau profonde; et la source de sa sagesse est comme un torrent qui se déborde.

5. Il n'est pas bon d'avoir égard à la qualité d'un méchant homme pour se détourner de la vérité dans le jugement.

6. Les lèvres de l'insensé s'embarrassent dans des disputes, et sa bouche s'attire des querelles.

7. La bouche de l'insensé le brise lui-même; et ses lèvres sont la ruine de son âme.

8. Les paroles de la langue double paraissent simples : mais elles pénètrent jusqu'au fond des entrailles.

La crainte *du travail* abat le paresseux : mais les âmes des efféminés languiront de faim.

9. Celui qui est mou et lâche dans son ouvrage est frère de celui qui détruit ce qu'il fait.

10. Le nom du Seigneur est une forte tour : le juste y a recours; et il y trouve une haute forteresse.

11. Les richesses du riche sont comme une ville qui est fortifiée, et comme une épaisse muraille dont il est environné.

12. Le cœur de l'homme s'élève avant que d'être brisé, et il est humilié avant que d'être élevé en gloire.

13. Celui qui répond avant que d'écouter fait voir qu'il est insensé et digne de confusion.

14. L'esprit de l'homme soutient sa faiblesse : mais qui pourra soutenir un esprit qui s'emporte aisément à la colère?

15. Le cœur de l'homme prudent acquiert la science; l'oreille des sages cherche la doctrine.

16. Le présent que fait un homme lui ouvre une large voie, et lui fait faire place devant les princes.

17. Le juste s'accuse lui-même le premier; son ami vient ensuite, et il sonde le fond de son cœur.

18. Le sort apaise les différends, et il est l'arbitre entre les grands mêmes.

19. Le frère qui est aidé par son frère est comme une ville forte; et leurs jugements sont comme les barres des portes des villes.

20. Les entrailles de l'homme seront remplies du fruit de sa bouche : et il sera rassasié de ce que ses lèvres auront produit :

21. *Car* la mort et la vie sont au pouvoir de la langue : ceux qui l'aiment mangeront de ses fruits.

22. Celui qui a trouvé une bonne femme a trouvé un *grand* bien, et il a reçu du Seigneur une source de joie.

Celui qui chasse une femme vertueuse rejette un *grand* bien : mais celui qui retient une adultère est insensé et méchant.

23. Le pauvre ne parle qu'avec des supplications : mais le riche lui répond avec des paroles dures.

24. L'homme dont la société est agréable sera plus aimé que le frère.

---

1. Occasiones quærit qui vult recedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.

2. Non recipit stultus verba prudentiæ; nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus.

3. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; sed sequitur eum ignominia et opprobrium.

4. *a* Aqua profunda verba ex ore viri; et torrens redundans fons sapientiæ. [a *Infr.* 20. 5.]

5. Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii.

6. Labia stulti miscent se rixis, et os ejus jurgia provocat.

7. Os stulti contritio ejus; et labia ipsius, ruina animæ ejus.

8. Verba bilinguis, quasi simplicia; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.

Pigrum dejicit timor; animæ autem effeminatorum esurient.

9. Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

10. Turris fortissima, nomen Domini : ad ipsum currit justus, et exaltabitur.

11. Substantia divitis urbs roboris ejus, et quasi murus validus circumdans eum.

12. *a* Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; et antequam glorificetur, humiliatur. [a *Supr.* 11. 2. *Eccli.* 10. 15.]

13. *a* Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, et confusione dignum. [*Eccli.* 11. 8.]

14. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam; spiritum vero ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?

15. Cor prudens possidebit sapientiam; et auris sapientium quærit doctrinam.

16. Donum hominis dilatat viam ejus, et ante principes spatium ei facit.

17. Justus, prior est accusator sui; venit amicus ejus, et investigabit eum.

18. Contradictiones comprimit sors; et inter potentes quoque dijudicat.

19. Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma; et judicia quasi vectes urbium.

20. De fructu oris viri replebitur venter ejus; et genimina labiorum ipsius saturabunt eum.

21. Mors, et vita in manu linguæ; qui diligunt eam, comedent fructus ejus.

22. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum; et hauriet jucunditatem a Domino.

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, stultus est et impius.

23. Cum obsecrationibus loquetur pauper; et dives effabitur rigide.

24. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater.

Cap. XVIII. — 8. *Pigrum dejicit timor*. Ce verset ne se trouve pas dans l'Hébreu, mais dans les Septante, qui n'ont pas le verset précédent.

19. *Frater qui adjuvatur a fratre*. D'après l'Hébreu : Un frère aidé par son frère est plus fort qu'une ville, et les liens de l'amitié sont plus puissants que les barres d'une forteresse.

22. *Qui expellit mulierem bonam*. Ce verset ne se trouve ni dans l'Hébreu, ni dans divers manuscrits latins, ni dans l'édition de Sixte V, ni dans la nouvelle édition de saint Jérôme; mais on le trouve dans les Septante, et les Pères l'ont quelquefois cité.

Cap. XVIII. — 1. *Recedere ab amico*. Solvere amicitiam. — *Exprobrabilis*. Omnes damnabunt modum illius agendi quo deseruit amicum.

* 2. *Non recipit*. Ex hebræo sic verti potest hic versiculus, *non amat stultus intelligentiam, nisi ut manifestet se cor ejus*. Sensus autem est, vanos homines nihil addiscere, nisi ut se data occasione, aliis ostentent.

3. *Cum in profundum venerit peccatorum*. Cum multis et gravibus peccatis assueverit, et se illis implicaverit. — *Contemnit*. Frena relaxat licentiæ peccandi.

4. *Aqua profunda*. Quæ nunquam exhauritur, est sapientis doctrina; vel etiam innuitur in ejus dictis latere mysteria. — *Torrens redundans*. Aquarum, id est doctrinæ copia.

5. *Accipere personam*. Tunc dicitur a judice accipi alicujus persona, cum in sententia ferenda non tam causæ quam personæ ratio habetur, v. g. quia dives, quia potens, quia propinquus, etc.

7. *Contritio ejus*. Os et lingua stulto ruinam conciliant.

8. *Bilinguis*. Susurronis. — *Quasi simplicia*. Ita enim susurrones et bilingues verba sua concinnant, ut sincere et absque dolo agere videantur, ut facilius decipiant. — *Perveniunt usque ad interiora ventris*. Animum graviter sauciant, pectus fodiunt et dolore vulnerant. — *Effeminatorum*. Pigrorum qui animo masculo et virili non sunt.

9. *Frater est*. Est similis. * Eumdem exitum habent piger et prodigus; nam ambo egestatem incurrunt.

10. *Nomen Domini*. Divina protectio et potentia. — *Exaltabitur*. Celso et tuto loco in hac turri constitutus.

11. *Substantia*. Divitiæ. — *Urbs roboris ejus*. Nam in divitiis tanquam in arce munitissima confidunt divites, cum justi spem locent in nomine Domini.

12. *Antequam conteratur*. Hoc est quod supra, c. 16, dictum est n. 18 : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus*. — *Antequam glorificetur*. Nam qui se humiliat exaltabitur.

14. *Spiritus*. Animi alacritas sustentat imbecillitatem corporis. — *Spiritum vero ad irascendum facilem*. Oportet quidem esse alacrem animo et non obtusum et dejectum, non tamen iracundum; nam ad iram proclivem nemo ferre potest.

15. *Possidebit scientiam*. Scientiæ comparandæ insistet.

16. *Dilatat viam*. Aperit et sternit viam.

17. *Prior est accusator sui*. Cum in judicio stat, sincere agit, rem ut gesta est fideliter narrat, nihil celans, et proferens tam quæ pro se, quam quæ contra se faciunt. — *Venit amicus ejus*. Quasi dicat : Ita agendo prudenter facit; alioqui venit amicus ejus, cum quo litigat, et omnia scrutatur et profert, si quæ forte callide omissa sunt. Itaque satius est ea dixisse; hoc enim viri boni et sinceri opinionem et benevolentiam conciliat apud judicem.

18. *Contradictiones*. Discordias sedant sortes, quibus lites etiam inter potentes aliquando dirimuntur.

19. *Judicia quasi vectes urbium*. Ut concordia firmæ sunt privatorum domus, ita justitia secura est civitas melius quam seris aut vectibus munita.

20. *De fructu oris*. Significatur unicuique bene vel male futurum, prout bene vel male loquitur — *Replebitur venter ejus*. Metaphora repletionis et saturitatis corporis ad animum transferri debet. — *Genimina*. Fructus — *Saturabunt eum*. Uberem fructum et mercedem recipiet qui prudenter loquetur, et qui lingua sua aliis proderit.

21. *Qui diligunt eam*. Qui amant bene vel male loqui, mercedem referent qualem meriti fuerint, bonam vel malam. LXX habent, *qui autem continent eam*, vel *dominantur ei, comedent ejus fructus*. Cui interpretationi consentiens Vulgatæ sensus esse potest : qui ut par est diligunt eam, ac proinde custodiunt eam, et illi dominantur, comedent fructus ejus.

22. *Invenit bonum*. Bonum non vulgare. — *Hauriet jucunditatem a Domino*. Et hoc Dei beneficium illi jucunditatem, et in cura rerum domesticarum levamentum afferet. — *Stultus est et impius*. Quia peccatum illius fovet, et sibi dedecus et ignominiam conciliat, et fortunarum damnum si adulterinam prolem pro legitima substituat.

23. *Cum obsecrationibus*. Quia paupertas humilitatem docet, ut superbia erigit animum. — *Effabitur rigide*. Superbe et arroganter.

24. *Amabilis ad societatem*. Qui humanus, benignus, et suavis est, et in necessitatibus laboranti amico opem fert, hic magis quam propinquus aut etiam frater diligitur.

CHAPITRE XIX.

Des richesses et de la pauvreté. Du faux témoin et du menteur. De la colère du roi et de sa clémence. De la femme querelleuse et de la femme sage. De l'aumône. De la correction des enfants. De la paresse. Châtiments réservés aux impies.

1. Le pauvre qui marche dans sa simplicité vaut mieux que le riche qui a les lèvres doubles et qui est insensé.
2. Où n'est point la science de l'âme, il n'y a point de bien; et celui qui va trop vite tombera.

3. La folie de l'homme lui fait prendre une fausse route : il brûle en son cœur contre Dieu.

4. Les richesses donnent beaucoup d'amis : mais ceux mêmes qu'avait le pauvre se séparent de lui.
5. Le faux témoin ne demeurera point impuni; et celui qui dit des mensonges n'échappera pas.

6. Plusieurs honorent la personne d'un homme puissant, et sont amis de celui qui a de quoi donner :
7. Les frères du pauvre le haïssent; et ses amis, se retirent de lui.

Celui qui ne cherche que des paroles n'aura rien :
8. Mais celui qui a de l'esprit aime son âme; et comme il conserve la prudence, il trouvera des biens.
9. Le faux témoin ne demeurera point impuni, et celui qui dit des mensonges, périra.
10. Les délices siéent mal à l'insensé; et ce n'est pas à l'esclave à dominer sur les princes.
11. La science d'un homme se connaît par sa patience; et c'est sa gloire que de passer pardessus le tort qu'on lui a fait.

CAP. XIX. — 5. *Non effugiet.* S'il échappe à la justice humaine, il n'échappera pas du moins à la vengeance divine.

7. *Amici procul recesserunt.* L'Hébreu joint à ce verset le premier membre du verset suivant, et peut s'entendre ainsi : Tous les frères du pauvre le haïssent; et ses compagnons mêmes, ses amis, s'éloignent de lui : il les poursuit et les somme au nom de leurs paroles, mais ils n'y ont aucun égard.

1. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens.
2. *a* Ubi non est scientia animæ, non est bonum; et qui festinus est pedibus, offendet. [a *Infr.* 21. 16.]

3. Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Deum fervet animo suo.
4. Divitiæ addunt amicos plurimos; a paupere autem et hi, quos habuit, separantur.
5. *a* Testis falsus non erit impunitus; et qui mendacia loquitur, non effugiet. [a *Dan.* 13. 61.]
6. Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis.

7. Fratres hominis pauperis oderunt eum; insuper et amici procul recesserunt ab eo.
Qui tantum verba sectatur, nihil habebit;
8. Qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, et custos prudentiæ inveniet bona.
9. Falsus testis non erit impunitus; et qui loquitur mendacia, peribit.
10. Non decent stultum delicias, nec servum dominari principibus.
11. Doctrina viri per patientiam noscitur; et gloria ejus est iniqua prætergredi.

CAP. XIX. — 1. *Ambulat in simplicitate sua.* Qui candide agit et sincere. — *Torquens labia.* Depravans ad decipiendum. — *Et insipiens.* Qui sibi videtur callidus et astutus, cum tamen revera sit insipiens.

2. *Ubi non est scientia animæ.* Cum quis seipsum ignorat; quare chaldæus habet, *qui nescit animam suam, non est ei bonum.* — *Et qui festinus est pedibus.* Qui timere negotia suscipit aut tractat, quod in illis frequens est qui seipsos non satis norunt.

3. *Supplantat gressus ejus.* Est illi causa ruinæ, aut in causa est ut negotia non eum habeant successum quem optavit. — *Contra Deum fervet animo suo.* Irascitur contra Deum, non sum stultitiæ, ut debuisset, sed Deo tribuens quod res male successerint.

7. *Qui tantum verba sectatur.* Ut illi faciunt, qui soli verborum ornatui et elegantiæ insistunt, et de rebus verbis subjectis non æque solliciti sunt. — *Nihil habebit.* Nullum inde solidum fructum percipiet.

8. *Qui... possessor est mentis.* Qui cordatus est, et non verborum tantum lenocinia sectatur, sed ea quæ animum solide pascunt. — *Diligit animam suam.* De seipso bono meretur, rerum proficuarum cognitioni intendens. — *Custos prudentiæ inveniet bona.* Et ei bene erit, qui non solum audit et cognoscit prudentiam, sed animo etiam custodit et opere exhibet.

10. *Non decent stultum delicias.* Non debentur stulto et imprudenti deliciæ et oblectationes, sed castigationes potius et flagella; prudentibus vero debentur ad relaxationem animi, postquam sciarum et gravium rerum studiis, et attenta negotiorum tractatione lassati fuerint.

11. *Doctrina viri.* Quam bene quis sit institutus, cognoscitur ex patientia et animi moderatione. — *Iniqua prætergredi.* Injurias illatas dissimulatione transilire.

12. Sicut fremitus leonis, ita et regis ira; et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.
13. Dolor patris, filius stultus; et tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier.
14. Domus, et divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem proprie uxor prudens.
15. Pigredo immittit soporem, et anima dissoluta esuriet.
16. Qui custodit mandatum, custodit animam suam, qui autem negligit viam suam, mortificabitur.
17. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis : et vicissitudinem suam reddet ei.
18. Erudi filium tuum, ne desperes; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.
19. Qui impatiens est, sustinebit damnum; et cum rapuerit, aliud apponet.

20. Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis.
21. Multæ cogitationes in corde viri : voluntas autem Domini permanebit.

12. La colère du roi est comme le rugissement du lion; et la sérénité de son visage est comme la rosée qui tombe sur l'herbe.
13. L'enfant insensé est la douleur du père; et la femme querelleuse est comme un toit d'où l'eau dégoutte toujours.
14. Le père et la mère donnent les maisons et les richesses : mais c'est proprement le Seigneur qui donne à l'homme une femme sage.
15. La paresse produit l'assoupissement; l'âme lâche languira de faim.
16. Celui qui garde le commandement *de Dieu* garde son âme : mais celui qui néglige sa voie tombera dans la mort.
17. Celui qui a pitié du pauvre prête au Seigneur à intérêt : et *le Seigneur* lui rendra ce qu'il lui aura prêté.
18. Châtiez votre fils tandis qu'il y a espérance *de le corriger* : mais ne vous laissez pas emporter jusqu'à lui donner la mort.
19. Celui qui est impatient en portera la peine. *Si votre tendresse vous* l'arrache *des mains*, il fera d'autres *fautes*.
20. *Pour vous, mon fils*, écoutez le conseil et recevez les instructions *qu'on vous donne*, afin que vous soyez sage à la fin de votre vie.
21. Le cœur de l'homme a diverses pensées : mais la volonté de Dieu demeure ferme.

18. *Ad interfectionem ejus.* L'Hébreu peut se traduire également par les mots : *Ad strepitum, ad clamorem ejus.* C'est dans le même sens que saint Paul a dit : *Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros ut non pusillo animo fiant* (Col. III, 21).

22. *Melior est pauper.* D'après l'Hébreu : Les désirs de l'homme naissent de son indigence : mais le pauvre qui est droit, vaut mieux que le riche qui ment.

12. *Ita et regis ira.* Omnibus scilicet incuti terrorem * Leonis nomine principes aut tyranni significantur in Scripturis. Sic Nabuchodonosor leo dicitur, Amos 5, 19, et Nero a D. Paulo II. ad Tim., 4, 17. — *Sicut ros super herbam.* Quo herbæ vegetantur, recreantur, et quasi revocantur ad vitam.

13. *Tecta jugiter perstillantia.* Quæ res, cum sit molestissima, domus habitatores foras exire cogit.

14. *Dantur a parentibus.* Obveniunt jure hereditario, ut quasi fortunæ donum sint tam bonis quam malis commune. — *Proprie.* Singulari quodam Dei dono.

15. *Pigredo.* Duo etiæ et pigritiæ incommoda enumerat, quorum alterum nascitur ex altero. Pigritia somnum concilial, somnus vero opera negligit, quibus insistendum fuisset, ex quo tandem egestas et fames existit.

16. *Qui custodit mandatum.* Qui servat divinam legem. — *Custodit animam suam.* Ne peccati labem incurrat. — *Qui autem negligit viam suam.* Actiones nimirum suas non curans, ut ad divinæ legis normam et præscriptum exigantur. — *Mortificabitur.* Mortem æternam incurret. Hoc est quod monuit Dominus : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Matth., 19, 17.

17. *Fœneratur Domino.* Sortem cum magno fœnore a Domino, qui centuplum promittit, recepturus. — *Vicissitudinem suam reddet.* Mercedem quam meretur, et vicem reddet pro misericordia quam pauperi exhibuit.

18. *Ne desperes.* Nam diligenti institutione et sollicita parentum cura multum proficitur. — *Ad interfectionem.* Cave tamen ne ita illum urgeas ut in morbum incidat, aut alia ratione male a te habitus moriatur.

19. *Qui impatiens est.* Et de morum emendatione filii sui desperat, illumque permittit moribus suis uti. In Hebr. est, *magnus ira*, qui scilicet multum irascitur, propter improsperum atteniatæ emendationis successum. — *Sustinebit damnum.* Ob filii vitia. — *Et cum rapuerit.* Qui filius cum semel fuerit furatus, eo furto non contentus, alia furta adjiciet, præsertim parente negligente eum a prava male agendi consuetudine abducere. Quod in vulgata dicitur, *et cum rapuerit*, in hebræo est, *si eruerit, adhuc addes*; sensus est : si semel e carcere, aut e periculo illum liberaveris, adhuc tamen addes pecunias et laborem : quia ad eadem revolvetur vitia et pericula, et eadem damna sustinere cogeris. * Alii putant sapientem hoc versiculo docere non facile contumaces filios juxta legem Deuteron., 21, 19, judici per furorem et impatientiam tradendos; qui enim ita agit, *si rapuerit*, hoc est, si obtinuerit aut extorserit ut filius plectatur, aliud apponet, addet scilicet incommodum, et incurret damnum ut filio, et fortasse etiam posteritate careat.

21. *Multæ cogitationes.* Homines multa cogitant de se et de rebus suis, ut id quod volunt consequantur; sed, ut multa tentent et moveant, id tamen efficitur quod voluit Dominus; nam non est qui possit ejus resistere voluntati; et, ut ait Psaltes, *consilium autem Domini in æternum manet.*

22. L'homme qui est dans le besoin a de la compassion; et le pauvre vaut mieux que l'homme qui ment.
23. La crainte du Seigneur conduit à la vie; et elle jouira de l'abondance sans être traversée par aucun mal.
24. Le paresseux cache sa main sous son aisselle; et il ne prend pas la peine de la porter à sa bouche.
25. Quand l'homme corrompu sera châtié, l'insensé deviendra plus sage : mais si vous reprenez l'homme sage, il comprendra ce que vous lui voulez faire savoir.
26. Celui qui afflige son père et met en fuite sa mère est infâme et malheureux.
27. Ne cessez point, mon fils, d'écouter ce qu'on vous enseigne, et n'ignorez point les paroles de la science.
28. *Car* le témoin injuste se moque de la justice; et la bouche des méchants dévore l'iniquité.
29. Le jugement est préparé pour les moqueurs; et les marteaux sont prêts à frapper les corps des insensés.

22. Homo indigens misericors est : et melior est pauper, quam vir mendax.
23. Timor Domini ad vitam : et in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.
24. *a* Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. [a *Infr*. 26. 15.]
25. *a* Pestilente flagellato stultus sapientior erit : si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. [a *Infr*. 21. 11.]
26. Qui affligit patrem, et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.
27. Non cesses fili, audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ.
28. Testis iniquus deridet judicium : et os impiorum devorat iniquitatem.
29. Parata sunt derisoribus judicia : et mallei percutientes stultorum corporibus.

CHAPITRE XX.

De l'ivresse. De la paresse. De la mauvaise foi. Danger d'être caution. Ne pas rendre le mal. Honorer ses parents. Respecter les choses saintes. Aux grands maux les grands remèdes.

1. Le vin est une source d'intempérance, et l'ivrognerie est pleine de désordres; quiconque y met son plaisir ne deviendra point sage.
2. La *colère* du roi est comme le rugissement du lion : quiconque l'irrite pèche contre son âme.
3. C'est une gloire à l'homme de se séparer des contestations; mais tous les imprudents s'embarrassent dans *des disputes qui ne leur attirent que de* la confusion.

1. Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas : quicumque his delectatur, non erit sapiens.
2. Sicut rugitus leonis, ita et terror regis : qui provocat eum, peccat in animam suam.
3. Honor est homini, qui separat se a contentionibus : omnes autem stulti miscentur contumeliis.

25. *Pestilente flagellato*. L'Hébreu porte : Frappez le moqueur, et le simple deviendra prudent; reprenez l'homme intelligent, et il comprendra sans peine que vous ayez besoin d'user de sévérité à son égard. Le parallélisme des membres de cette maxime ressort mieux d'après cette traduction.

---

22. *Misericors est*. Quia propria novit experientia quam durum sit cum egestate conflictari. — *Pauper*. Qui quantum per suam paupertatem licet miseretur et benefacit. — *Quam vir mendax*. Quam dives, qui, ne det, mentitur, et se non habere quod tribuat causatur.
23. *Ad vitam*. Scilicet perducit. — *In plenitudine commorabitur*. In rerum omnium affluentia. — *Absque visitatione pessima*. Nec malo visitabitur; non enim accedet flagellum tabernaculo ejus.
24. *Abscondit piger manum suam sub ascella*. Qui habitus est inertium et fugitantium laborem.
25. *Pestilente*. Homine scelesto punito ut meretur, stulti, hoc est mali, a peccando metu pœnæ abducuntur. — *Si autem corripueris sapientem*. Stultus non eruditur nisi flagellationis metu : sapiens verbo correptionis monitus, cum culpam agnoverit, per seipsum id emendat in quo peccabat : nam ut ait ille :

Oderunt peccare mali formidine pœnæ :
Oderunt peccare boni virtutis amore.

28. *Deridet judicium*. Contemnit quod æquum est et justum. Vel decipit et contemnit concessum judicum, cum procaciter audet mentiri, et illis pro vero falsum obtrudere. — *Devorat iniquitatem*. Pro nihilo ducit, et ut alio loco dicitur, bibit sicut aquam iniquitatem.
29. *Parata sunt*. Docet mala imminere malis quibus eorum scelera vindicentur. — *Judicia*. Pœnæ judicis sententia inflictæ. — *Mallei percutientes*. Chald. *verbera*. LXX, *supplicia*.

Cap. XX. — 1. *Luxuriosa res, vinum*. Vinum luxuriosa res dicitur, quod ad lasciviam et petulantiam homines provocat. In græco est, ἀκόλαστον οἶνος. Bene fortasse diceremus italice : *Il vino è una cosa insolente*.
2. *Sicut rugitus*. Repetita sententia ex cap. superiori, n. 12. — *Peccat in animam suam*. In seipsum et in vitam suam accersens sibi periculum.
3. *Honor est*. Nam indecorum est contendere et verbis rixari, et vilium homuncionum, imo muliercularum proprium.

4. Propter frigus piger arare noluit : mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi.
5. *a* Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri : sed homo sapiens exhauriet illud. [a *Supr*. 18. 4.]
6. Multi homines misericordes vocantur : virum autem fidelem quis inveniet?
7. Justus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.
8. Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.
9. *a* Quis potest dicere : Mundum est cor meum, purus sum a peccato? [a *III. Reg*. 8. 46. *II. Par*. 6. 36. *Eccl*. 7. 21. *I. Joan*. 1. 8.]
10. *a* Pondus et pondus, mensura et mensura : utrumque abominabile est apud Deum. [a *Supr*. 11. 1. *Infr*. v. 23.]
11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera ejus.
12. Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque.
13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat : aperi oculos tuos, et saturare panibus.
14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tunc gloriabitur.
15. Est aurum, et multitudo gemmarum : et vas pretiosum labia scientiæ.
16. *a* Tolle vestimentum ejus, qui fi-

4. Le paresseux n'a pas voulu labourer à cause du froid; il mendiera donc pendant l'été, et on ne lui donnera rien.
5. Le conseil est dans le cœur de l'homme sage comme une eau profonde; mais l'homme prudent l'y puisera.
6. Il y a bien des hommes qu'on appelle miséricordieux; mais qui trouvera un homme fidèle.
7. Le juste qui marche dans sa simplicité laissera après lui ses enfants heureux.
8. Le roi qui est assis sur son trône pour rendre justice, dissipe tout mal par son seul regard.
9. Qui peut dire : Mon cœur est pur : je suis exempt de péché?
10. Le double poids et la double mesure sont deux choses abominables devant Dieu.
11. On jugera par les inclinations de l'enfant si *un jour* ses œuvres seront pures et droites.
12. L'oreille qui écoute et l'œil qui voit sont deux choses que le Seigneur a faites.
13. N'aimez point le sommeil, de peur que la pauvreté ne vous accable : ouvrez les yeux, et rassasiez-vous de pain.
14. Cela ne vaut rien, cela ne vaut rien, dit tout homme qui achète. Mais, après qu'il se sera retiré, il se glorifiera.
15. On trouve assez d'or et assez de perles : mais les lèvres savantes sont un vase précieux.
16. Otez le vêtement à celui qui a répondu

---

5. *Sicut aqua profunda*. Significat profundum admodum esse cor hominis; sic. Jerem. 17, 9, dicitur : *Pravum est cor omnium, et inscrutabile;* vel, ut alii interpretantur, *profundum præ omnibus*, aut *desperabile*, quod scilicet tantæ sit altitudinis, ut de illius cognitione quivis desperare possit. — *Exhauriet illud*. Ad ima penetrabit, et quasi abysso exhausta consilia quæ latebant, sua solertia investigabit et cognoscet.
6. *Virum autem fidelem quis inveniet?* Quasi dicat : Multi celebrantur ut misericordes et benefici; sed non multi sunt hujusmodi; nam pauci exacte et fideliter, et, ut par est, misericordiam exercent in egentes, nihil aliud spectantes quam divinam gloriam et levamentum miseriarum quibus pauperes premuntur. * Vel sententia est, facilius inveniri qui misericordia moveantur et pauperibus largiantur, quam fideles veraces, qui se ab omni fraude abducant, simulatione, dolo, mendacio.
7. *In simplicitate sua*. Sincere, candide et sine fraudibus.
8. *Qui sedet in solio judicii*. Qui non otiatur, sed pro muneris sui ratione judicia exercet, et gubernationi ex animo se impendit. — *Intuitu suo*. Cum sit præsens, rebus quæ aguntur intersit, et negotia per seipsum tractet, omne malum dissipat; nam omnes continet in officio, nec est facile illi fucum facere; et si bonæ sit mentis, peccantes punit, et de republica male meritos pœnis afficit.
9. *Quis potest dicere*. Nam, ut ait S. Joannes, epist. I, c. 1, n. 8, *si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*.
10. *Pondus et pondus*. Idem est ac si dixisset : Varia pondera et varias mensuras habere ut decipias in mensurando, aut in appendendo, est abominabile apud Deum.
11. *Ex studiis suis intelligitur puer*. Iis rebus, quibus pueri delectantur, satis indicant pline an impii, cordati an insipientes futuri sint.
12. *Aurem audientem*. Ergo et Dominus audit et videt quæ fiunt, nec potest quisquam illius oculos effugere. Sic Psal. 93, 9, dicitur : *Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* Vel quasi dicat : Quandoquidem Dei munere aures habemus et oculos, et sentiendi facultatibus ornati sumus, par est nos illis bene uti, et ad eum finem ad quem sunt instituti. * Vel certe per oculum videntem principum et magistratuum vigil, cura reipublicæ, per aurem autem audientem subditorum obsequens voluntas significatur; et sententia est, Dei munere civitatibus obvenire magistratus prudentes, et ad publicum bonum attentos, et populum dicto audientem, et legibus sponte subditum.
13. *Aperi oculos tuos*. Vigila ut abundes.
14. *Malum est*. Ita facere solent emptores, qui, ut vilius emant, rerum venalium defectus recensent. — *Gloriabitur*. Quod rem bonam exiguo pretio comparaverit. Significatur hac sententia quale sit hominis ingenium, aliena vituperantis, laudantis sua. Vel nectenda est cum proxime superioribus, quasi dicat : Vigila et laboribus te impende; sic enim abundabis, et licet tibi videaris hæc caro emere, multo, nimirum labore et diligentia, at postquam quod optabas adeptus fueris, gaudebis et gloriaberis.
15. *Est aurum*. Sententia est : labia scientiæ, hoc est, labia perita hominis sapientis simul et eloquentis, esse veluti aurum, gemmas, aut vas pretiosum.
16. *Tolle vestimentum ejus*. Meretur qui temere fidejussit ut vestibus aut stragulis spolietur, ut creditori, cui se obligavit, satisfiat.